DE CARDINALIBVS SANCTAE ROM. ECCLES. Liber,

13-12-D-41

IN QVO OMNIA, QVAE AD HANC MATERIAM pertinent, copioſiſsimè tractantur.

AD AMPLISSIMVM, MAXIMVMQVE SANCTÆ ROM. ECCL. *Cardinalium Sacroſanctum Collegium.*

Auctore HIERONYMO Manfredo Iuriſconſulto Nobili Ferrarienſi.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BONONIAE,

Excudente IOANNE *Rubrio ſub auſpicio Mercurii, in uia S. Mammoli.* MDLXIIII.

MA

C

praeterita ſe
legionis meo
ni conventui
tam publica
ri poſſit. N
veniens utri
noſti, ut niſi
dum multa al
rum medita
quam machi
quae cum conſi
ſtro meuntur
fortaſſe, ſed ſ
contentione,
ſtrum auctor
ne dicendae
propugnatori
rus de vetere
plexus, quae
non ſolum, q
Regibus, Car
riguamq; de
rum, ſed etiam
eſſe, inſignem
demum illuſtr
mis cum auo

MAXIMO S. R. ECCL.

CARDINALIVM COLLEGIO

HIERONYMVS MANFREDVS S. P. D.

CHRISTIANAM *Remp. Patres ampliſsimi, poſteaquàm in terris à* CHRISTO, *& ab Apoſtolis eius ſalutaribus ad uitæ beatitudinem inſtitutis eſt temperata, ſæuiſsimis fuiſſe ſemper diſcordiarum quibuſdam quaſi fluctibus agitatam, nemo eſt tam ignarus rerum, & tam in communis religionis ſenſu rudis, qui non cognitione comprehenſum aliqua habeat. Quòd ſi quem aut ſuperiora mala propter memoriæ uetuſtatem, aut præteritæ ſeditiones propter auerſum ab hiſtoriis animum fortè fugiunt, ea certè priſcæ religionis incommoda, ac ueteris turbamenta reip. his miſerrimis temporibus emerſerunt, ut in communi luctu ſi quis aut non ingemuerit, aut dolore animi non exarſerit, is meritò non tam publicæ calamitatis amicus, quàm propriæ inimicus ſalutis, & incolumitatis exiſtimari poſsit. Me quidem cum inteſtinæ huius diſcordiæ magnitudinem intuentem, tum de imminenti utriq; parti periculo ſæpenumerò cogitantem tantus animi iam pridem angor inuaſit, ut niſi remedia ad triſtitiam, cruciatumq́ animi uel depellendum, uel certè minuendum mihi aliqua comparaſſem, iam penè mœrore, atq; acerbitate in ipſa tantorum malorum meditatione confectus eſſem. Etenim cum uiderem omnes aduerſariorum opes, tanquàm machinas quaſdam, eò eſſe intentas, ut Romani Pontificis maieſtatem, ueſtramq́, qui ei in conſilio eſtis, auctoritatem, & omninò omnia Apoſtolicæ ueteris eccleſiæ, quæ ueſtro nituntur ordine, iura concuterent prorſus, àtq; proſternerent, cœpi conſilium audax fortaſsè, ſed fidele tamen, ac pium, ut intereà, dum in generali concilio Tridentino magna contentione, ac ſummis opibus catholicæ cauſa eccleſiæ unà cum maximi Pontificis & ueſtrum auctoritate, quæ ab ea ſeiungi non poſſunt, defendebatur, ego, cui in concilio ſententiæ dicendæ ius non eſſet, domi ocioſus ueſtras partes, ueſtramq́ amplitudinem ſcribendo propugnarem, quantùm ingenio, atq; induſtria conſequi poſſem. Scripſi igitur commentarios de uetere Cardinalium dignitate quoſdam, in quibus, quo ad potui, omnia ſum complexus, quæ ad originem, incrementum, iura, auctoritatemq́ ueſtri ordinis pertinerent. Vt non ſolùm, quæ pius homo perſequi deberet, ueſtram in Pontifice maximo, Imperatore, Regibus, Cardinalibus, Epiſcopis, cæteriſq́ ſanctæ eccleſiæ proceribus eligendis poteſtatem, magnamq́ de ſummis Chriſtianæ reip. rebus conſulendi, ſtatuendiq́ auctoritatem attigerim, ſed etiam quæ curioſum ſcriptorem non negligere in tanta præſertim hiſtoria æquum eſſet, inſignium ueſtrorum rationem, eccleſiarum titulos, poſſeſsionum redditus, ac ueterem demùm illuſtriſsimæ cuiuſq́ actionis ueſtræ memoriam renouarim, atq; hæc omnia certiſsimis cum diuinarum, tum humanarum legum teſtimoniis confirmata telum firmiſsimum*

aduerſus acerrimos eorũ ictus obieci, qui à ſanctæ Eccleſiæ ſocietate ſe remouentes nullum de ea detrahendi iam diu finem faciunt. Quem laborem meum cum omnibus Chriſtianis, quorum quieti, tranquillitatiq́ maximè conſultum uelim, gratum, ac probatum eſſe ualdè cupio, tum in primis uobis, Patres ampliſſimi, de quorum dignitate ſcribo, & in quorum nomine hæc ipſa in lucem, conſpectumq́ hominum edo. Quamobrem, quoniam ad multos labores, quos in hac ſcriptione ſuſcepi, nihil grauius, ac moleſtius habui, quàm ne mea humilior, ac imbecillior ueſtræ uirtutis, dignitatisq́ magnitudine oratio uideretur, uos etiam, atq; etiam oro, ut in meis uigiliis iudicandis non tam uoluntatis effectum, quàm ipſum bene faciendi uoluntatis conatum, reſpiciatis, meq́ ueſtri ſtatus, ueſtræq́ gloriæ ſtudioſiſſimum meæ aliquod erga ueſtrum præſtantiſſimum ordinem pietatis, atque obſeruantiæ monumentum qualecunq; potius extare maluiſſe, quàm nullum, exiſtimetis. Deum Opt. Max. precor, ut uos omnes ad ſuam gloriam, & Chriſtiani orbis ſalutem incolumes tueatur.

BONONIÆ XII. *Kal. Martii.*

HYPPOLITO ATESTIO CARDINALI AMPLISSIMO

HIERONYMVS MANFREDVS S. P. D.

VETVSTATIS *equidem authoritatem, Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime Princeps, maximam ſemper, grauiſſimamq́ putaui: animaduerſum eſt tanta ueteres illos fuiſſe prudentia, tanta in rebus proſpiciendis, conſtituendisq́ ſolertia, ut qui eorum decreta, inſtitutaq́ negligat, facilè ſentiat plumbeo ſe gladio, ut eſt in prouerbio, iugulatum iri. Fundere uidentur oracula, Pater Ampliſſime, proceres antiqui, quibus refragari ſit nefas. Cum igitur ſit uſu receptum, ut qui ſua monumenta uelit poſteritati commendare, in æuumq́ propagare ſempiternum, Principem deligat aliquem, uelut tutelare numen, cuius auſpicus tutius quod ediderit, euadat, atque protectius. Diuturnum mihi morem ſtatui ſeruandum; cumq; ſuperioribus diebus gemina protulerim uolumina ſuper* ATTENTATIS, *quorum unum Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi* FERRARIENSIVM *Principis Clypeus tutatur munitiſſimus. Alterum Reuerendiſſimi eius ipſius fratris nuper ſacra donati purpura ſacrarium ſeruat; Senatoriũ tertium hunc librum, ſanctiſſimo licet Chriſtiani nominis collegio dicatum, tibi duxi, ornatiſſime præſul munuſculum peculiare mittendum. Nam ut tuas hoc tempore ſingulares incredibilesq; uirtutes non prædicem, ut religionem taceam, atque pietatem, ut unicam atque omni ex parte fundatam prætermittam nobilitatem, illud certè quod ex animo meo deleri nulla ratione poteſt, præterire non potui. Huc accedit meorum maiorum obſequium, quo Ateſtiam ampliſſimam, clariſſimamq; familiam ſunt omnes pariter proſecuti, à quibus ipſe hæreditariam animi inductione quadam acceptam obſeruantiam, atque beneuolentiam augeo, & quàm debeo Ferrarienſi iuſtiſſimo, atque optimo Duci, tibi ex fratre nepoti fidem mente propenſiſſima præſto. Additur his omnibus, quòd hic liber ea pandit omnia, quæ Apoſtolicos oportet Senatores habere, quos uulgò Cardinales appellamus, unde &* DE CARDINALIBVS *inſcribitur. Accipies igitur Præſul digniſſime qualecunque damus ſingulariq́ clementia, atque humanitate incredibili; non tam donum ipſum aſpicies, quàm donantis animum examinabis. Quæ dicuntur unà cum collegis celeberrimis accuratiùs perpendes, meq́ in tuam accipies clientelam, familiarem in poſterum deuinctiſſimum tibi cognoſces, imperiisq́ accipiendis paratiſſimum. Nihil iam supereſt Antiſtes clariſſime, niſi, ut illuſtriſſimas deoſculatis manibus, te perpetuo cupiamus benè ualere,* DEO'QVE *auſpice Opt. Max. tua ſecundari uota, ad ſummumq́ prouehi dignitatis apicem.*

Bononiæ XII. *Kal. Martii.*

HIERONYMVS MANFREDVS PIO LECTORI.

Hæc ſcripſi lector, ueterum pia ſcripta ſecutus,
Orthodoxa Dei quæ ſchola tota probat.
Si tamen inuenies, quæ rectam uertere mentem
Poſſint, & ſancto ponere corde malum,
Tunc fateor peccaſſe reum, pedibusq; recurro
Eccleſiæ ſanctæ, Que probat illa, probo.

IACOBI VASOLII AD LECTOREM.

Cardinum originem & officium, ſanctiq; ſenatus
Præclarum imperium diſcere quiſquis aues.
Ecce manu ducet Manfredus tramite certo,
Ambages uarias, ſi ſapis effugies.
Quæ fuerant chartis diffuſa ingentibus ante
Ordine perſtringens explicuit breuiter.
Q...propter debet tantum ipſi eccleſia, quantum
Soluere nullum aurum, nullus honos poterit.
Ne pigeat ſumptus, ſuperabit magna uoluptas
Hunc eme, quid ceſſas? noſce, ſatisfaciet.

PHILIPPI CAPIDVRI IVRECONSVLTI IN CARPTOREM CARMEN.

Doctorum laceras Carptor quid ſcripta uirorum?
In pretio uirtus ſemper habenda fuit.
Manfredi ſummo carpis quæ parta labore,
Hæc ſunt delectis perplacitura uiris.
Omnia nanque uolent æqua ſi pendere lance,
Manfredo inuenient doctius eſſe nihil.
Quare hominem pudeat rictu adlatrare canino,
Aut ſcribas, poſsis ſcribere ſi melius.

HIERONYMVVS MANFREDVS LECTORI.

RECTE memini humaniſsime lector quod in meis iam ante æditis libris Attentatorum ſum pollicitus nempe tractatum illum de poſſeſſoriis ſtudioſis omnibus perutilem, ac neceſſarium, tãtumq; abeſt vt promiſſa præſtare nolim, vt aliquid amplius etiam addendum putem, ſed tempori, & occaſioni deeſſe nolui, collegeram enim non ſine labore multa quæ ad Cardinales S. R. Eccleſiæ pertinent. Itaq; viſum eſt opus ſi hoc anno ederetur magis in tempore cadere nequiuiſſe. Quapropter totus in hanc curam intentus poſſeſſoria differre coactus ſum. Ignoſce igitur huic meo deſiderio, & fruere interim hoc noſtro labore, quem ſi non ingratum omnino extitiſſe cognoſcam me propediem debito ære liberabo. Vale.

ARGVMENTA CAPITVM
HVIVS LIBRI.

De Romanę Eccleſiæ DD. Cardinalium collegio Sacroſancto. cap.1. 1
De nominibus Sacri collegij, & DD. Cardinalium cap.2. 5
De Origine Cardinalatus, & ipſius nominis interpretatione cap. 3. 7
De Triplici ordine Hierarchico, DD. Cardinalium. cap.4. 8
De Inſignibus DD. Cardinaliũ. cap.5.11
De Dignitate Cardinalatus. cap.6. 15
De Generali Officio.DD. Cardinalium cap.7 17
De Priuilegijs DD. Cardinalium cap. 8, 19
De Titulis DD.Cardinalium.cap. 9 23
De his quæ DD.Cardinales Papæ preſtare debent, cap.10 24
De Vocatione DD. Cardinalium à Papa in Electionibus Patriarcharum, Epiſcoporum,& aliarum Prælationum facienda, cap.11.25
De Vocatione DD. Cardinalium à Papa facienda in promotionibus Imperatorum Romanorum,Regum,& aliorum Principum, illorumq; priuatione,& depoſitione. cap.12.27
De Conuocandis Cardinalibus à Papa in electione nouorum Cardinalium. cap.13. 28
De præclaris Viris & litteratis Hominibus à Papa Cardinalatus dignitate Ornandis. cap.14. 29
De Dignitatibus Epiſcopalibus prælaturis & beneficijs Eccleſiæ à Papa Cardinalibus defferendis cap. 15.30
De Origine,ac iure prouentuum,& redituum, quos percipiunt Cardinales in Romana Eccleſia. cap.16.31
De Iure Pilei Cardinalibus à Papa diſtribuendis cap.17.33
De Legationibus à latere à Papa Demandandis. cap.18.34
De Poteſtate DD. Cardinalium ſede vacante. cap.19.35
De poteſtate DD. Cardinalium in electione Papę. cap.20.36
De facultate DD. Cardinalium in differenda electione Papę, cauſa neceſſaria ſuadente. cap.21.37
De Modo,& forma,in eligendo Pontificę obſeruanda. cap.22.39
De Cardinalibus non idoneis ad electionem Pontificis. cap.23.40
De onere DD. Cardinalium in conſeruatione bonorum,& iurium Eccleſię quæ re ipſa Papa perderet,aut alienaret. cap.24.41
De auctoritate DD.Cardinalium in ſcãdaloſis à Papa geſtis ſummopere exercenda. cap.25.42
De inconſiderato,atq; inutili DD.Cardinalium proceſſu ad electionem Põtificis. cap.26. 44
De more eligendi Pontificis in primitiua eccleſia ſæpius immutato. cap.27. 46
De cura DD. Cardinalium in grauioribus malis impendentibus eccleſiæ cum Pontifex illis occurrere negligat. cap.28.49
De poteſtate DD.Cardinalium propter infirmitatẽ Pontificis,ſeu ob aliã cauſam inutilis rei gerendæ exercenda. cap.29.51
De conuocando concilio à DD. Cardinalibus ſuper facto ſciſmatis,eorumque opere preſtando. cap.30.53
De autoritate Cardinalium in conuocãdo communi concilio,ſi duo,aut plures de ſummo ſacerdotio contendant. cap.31.55
De Cardinalibus de ſummo ſacerdotio certantibus, ſi inter ſe vnà cõueniãt, atque concilium vniuerſum denuncient,ad in ſuſpitione hæreſis vocandi ſunt. cap.32.57
De poteſtate DD.Cardinalium in denũciando cõcilio vniuerſo propter cuãcunque cauſam impendentem eccleſiæ. cap.33.58
De abdicatione dignitatis Cardinalatus ſolemni,vt vocant depoſitione facienda propter magnam cauſam. cap.34.59
De propriis nominibus, agnominibus, & titulis DD. Cardinalium. cap.35.61

DECI-

DECISIONVM.

De Sacroſancto collegio.	64	De priuilegiis	86
De nominibus.	70	De titulis	100
De origine	75	De poteſtate in arduis	101
De triplici ordine	76	De moribus	103
De dignitate	79	De poteſtate ſede vacante	105
De officio	81	De electione impreſsiua.	Ibidem.

INDEX BREVIS EORVM, QVAE IN CAP. CONTINENTVR.

A.

Apoſtoli Cardinalatus officio functi ſunt. cap. 1. lit. A.

Antiquitus Principes Sacerdotes Chriſti fidem ſequentes, Cardinales appellabantur cap. 3. lit. D. 8

C.

Collegium inter omnia collegia excellit in omnibus rebus. cap. 1. et cap. 3. lit. R. 7

Collegium locum Apoſtolorum Chriſti, primi, et ſecundi ſtatus tenet cap. 1. 1. et 2

Collegium iura comitiorum habet cum magna poteſtate. cap. 1. lit. A

Collegium appellatur congregatio. cap. 2. lit. C. 5.

Collegium omnia Chriſtianorum collegia iuſta et approbata explere poteſt. cap. 2. lit. C. 5.

Collegium poſt Papam habet amplitudinem in uniuerſa Eccleſia cap. 2. lit. A. 6. & cap. 3. 7

Cardinales auctor monet cap. 7. 19.

Cardinales appellantur Patres conſcripti. cap. 1. lit. C. 5.

Cardinales Epiſcopus maior ætate Cardin. prior nominatur. cap. eod. 2

Cardinales ſe immiſcent in adminiſtratione Chriſtianę Reipub. cap 1. 4. lit. C. et cap. 3. lit. F. 8.

Cardinales filij ſunt in gremio Eccleſiæ reſidentes. cap. 2. lit. B. 5. cap. 3. 7

Cardinales concordes cum Papa eſſe debent in adminiſtratione Eccleſiæ cap. 2. lit. B. 6

Cardinales pro Cardinibus deſſeruiunt. cap. 3. 8. lit. C.

Cardinalium tria ſunt genera, videlicet Epiſcopi, Præsbyteri, et Diaconi. cap. 4. 8. in principio

Cardinalium ordo in militanti Eccleſia eſt ad inſtar Angelorum cęleſtis hierarchię. cap. 4. 8. in principio

Cardinalis Epiſcopus pręfertur alijs Cardinalibus. cap. 4. 9. lit. B.

Cardinalis Epiſcopus in Sacris peragendis gerit vicem Metropolitani. cap. 4. 8 lit. A

Cardinalis non trahitur in iudicio ut teſtis. cap. 7. 10. lit. B

Cardinales debent, diſſenſiones, bella, ſimultates inter homines componere. cap. 7. 18. lit. D.

Cardinales legationes libentiſſimè obire debent. cap. 7. lit. D. atque debent eſſe vigilantiſſimi in adminiſtratione Eccleſię eod. cap. in lit. E.

Cardinales filij ſunt Romanæ Eccleſię. cap. 8. 19

Cardinales ſunt fratres Papæ, & etiã coadiutores in exequutione ſummi Sacerdotij. ibidem lit. G.

Cardinales cum Papa vnum corpus exiſtunt eod. cap. lit. H.

Cardinales ſunt Participes autoritatis Petri, et ſucceſſoribus conceſſę. eod. cap. 20.

Cardinales Patritij ſunt, Conſiliarij, Auditores, et Rectores ſummę Reipublicæ. eod. cap. 20

Cardinales ſtatui Apoſtolorum Chriſti ſuccedunt in adminiſtratione Eccleſiæ. cap. 8. 20 in. §. ſecunda.

Cardinales vicem gerunt D. Pauli, Petri atq; etiã Pauli diligentiſſimi tunc cuſtodes. cap. 8. in. §. tertia cauſa. 20 et cap. 24. 42. lit. H

Cardinales legati Pontificalibus inſignijs vtuntur, quæ ſunt, videlicet Crux Palium, Purpura, Calcaria ex auro, et præcioſa veſtis. cap. 8. 21

Cardinales legati, manu impoſita excõmunicatos abſoluere poſſunt. cap. 8. 21

Confugientes in domibus Cardinalium vbiq; fuerint, immunitatem Eccleſiæ potiuntur. cap. 8. 22. lit. A

Cardinales omnes in ſuis eccleſiis iura habent Epiſcopalia. cap. 9. lit. E. 22

Cardinales, & non Epiſcopi tenent locum Apoſtolorum primi, & ſecundi ſtatus. cap. 18. 34. in verſic. ſic domeſtici.

Cardinalis legatus defert proconſulis inſignia. cap. 18. lit. A.

Cardinalis legatus defert inſignia Romani Pontificis. cap. eod.

Cardinales

Cardinales poteſtatem habent virtualiter iure principatus Apoſtolorum. cap.21.38.lit.A.& ibidem lit.C.Diuinitus autoritatem habent.
Cardinalis vocis ſuæ in electione Papæ etiam ex cauſa excommunicationis maioris priuari non poteſt. cap.23 per totum.
Cardinales contradicunt Papæ, quando Papa inconſideratè, & impiè per ſcelus moliretur contra eccleſiam. cap.24.lit F.42
Cardinales Senatores totius orbis clariſſimi ſunt. cap.5.lit.A.11
Cardinaliũ poſt Papam nulla eſt maior dignitas. cap.6.lit.A.15
Cardinales Auditores ſunt Papæ, & conſiliarii Principis. cap.6.14.15
Cardinales præferuntur Patriarchis. cap.6.lit.C.15.& 16.lit.M.
Cardinales antiquitus diuerſis nominibus appellati ſunt & quibus. cap.eod. lit.C.15
Cardinales dignitas à Chriſto tributa eſt cap.6.lit.P.16
Cardinales appellantur principes ſeculi, cap.6.lit.Q.17
Cardinales conuocandi ſunt in electione nouorum Cardinalium. cap.13 per totum.
Cardinales ſunt conuocandi in promotionibus Imperatorum, Regum, & aliorum Principum. & quæ ab ipſis in huiuſmodi electionibus præſtanda ſunt. cap.12.27
Cardinales vocãdi ſunt in electionibus Patriarcharum, Epiſcoporũ, Archiepiſcoporum, & aliorum maiorũ Prelatorum. cap.11.15
Contra Phaneticos negantes non licere Cardinalibus habere plura beneficia neque redditus eccleſiarũ poſſe exigere rationes vide. cap.16.lit.A.32
Cardinales ſunt præſtantioris creationis. cap.8.lit.D.21

D

De officio generali Dominorum Cardinaliũ, copioſè præter alios. cap.7.17
De amplitudine DD.Cardinalium præter alios. cap.6.14
De titulis DD.Cardinalium plura. cap.9.21
De contradictione Dominorum Cardinalium in electione Papæ. cap.22 lit.H.& A.39.& 40
De poteſtate Pontificis maxima. cap.23 lit.G.40
De poteſtate, & officio DD. Cardinaliũ in rebus eccleſiæ, quas Papa perderet & alienaret. cap.24. ibiq; etiam.
De poteſtate, & officio Cardinaliũ in arduis, in quibus eccleſiæ iacturam patiuntur. cap.25. per totum
De poteſtate DD. Cardinalium in ſcandoloſis, & aliis à Papa geſtis. cap.25 per totum.
De electione doloſa, inutili, corrupta, & quomodo, ac de fraudibus, quæ in electione tractatur copioſè. cap.26 per totum.
De variis formis in primitiua eccleſia circa electionem Pontificis, quæ hactenus obſeruatæ ſunt, amplè. cap.27 per totum.
De ſciſmate, & quid in eo caſu à Cardinalibus agendum, ac eorum opere pro ſciſma ſedanda. cap.30. 53
De conciliis, & eorum vſu. cap.30 lit.E.54
De conuocando concilio à Cardinalibus in neceſſariis eccleſiæ impendẽtibus. cap.33.58
De priuatione Cardinalatus ex cauſa & quæ cauſa eſſe debeat. cap.34.
De propriis nominibus, & agnominibus DD.Cardinalium viuentium. cap.35
De legato à latere. cap.18.per totum.
De forma in electione Papæ à Dominis Cardinalibus obſeruanda. cap.22
De ſuffragiis, & votis præſtandis à Dominis Cardinalib. in electione Papæ, & quæ formæ dentur. cap.22. p totũ.
De poteſtate Papæ. cap. 12 lit I. & ibidem de Cardinalium poteſtate in arduis quibuſdam. lit. A
De officio Dominorum in Eccleſijs eorum titulatis, & quæ ipſis præſtanda ſunt ab Eccleſiis. cap. 9. per totum.
De amplitudine dignitatis Cardinalatus, plura præter alios. cap.6.
De moribus, & quales eſſe debeant cap. 14. 39. & 102
De titulis Cardinalium Epiſcoporum. cap.4. lit. B.9
De titulis Card. Præsbyterorum. cap. 4 lit.C.9 & eo loci de titulis Card. Diacon. lit.B.10
De officio Cardinalium Diaconorum. cap.4.in.§.nunc dicendum folio 10
De Pileo, Diadema, caſula, annulo galeris, veſtibus, Palijs, Gẽmis, Palafrenis Corizio, claua argentea, habenis aureis, & aliis DD. Cardinalium ornamentis. cap. 5.per totum.

E

Electio Papæ an ex cauſa deferri poſſit, & quę cauſa eſſe debeat. cap.20. 37
Eligendus in Cardinalem qualis eſſe debeat. cap.14. 29

Et quid cum inter Cardinales eſt conte tio in electione Papæ, an eadant in ſuſpitionem hæreſis. cap.32. 57
Epiſcopi Cardinales antiquitus ſeptem tantum erant. cap.4.lit.B. 9

F

Fabianus Papa ſeptem Cardinales inſtituit, qui præeſſent ſcribis ſedis Apoſtolicæ, vt geſta Martyrum memoriæ ſempiternæ commendarent. cap.3. lit.B. 7

I

In iure præſumitur pro Cardinalibus. cap.7.lit.B.fol.18. & ibidem dictum Cardinalis pro veritate habetur.
In difficillimis Papa ad Cardinales confugit. cap.8.lit.G. 22
Inſignia legatorum ſunt vexilla, tubæ aureæ, vel argenteæ, lictores, phaleræ, veſtes, aula, vtenſilia, manus albus, paliũ fulum, zona, claues argenteæ, & alia ornamenta, de quibus. cap.18. in fin.
In electione Pontificis quonam pacto concurrere debeant Cardinales, & quomodo, & quæ partes obſeruentur in electione Papæ. cap.30. per totũ.
Iura Pilei quo pacto inter Cardinales diſtribuuntur. cap.17. 35
Inſignia DD. Cardinalium propria, atq; communia quę ſint, atq; de eorum ſignificatu. cap.5. 12
In eccleſia Hierarchiæ primi exiſtunt, ſicuti poſt Deum ipſi ſunt Cherubini, & Seraphini in ordine cœleſti. cap.8. lit.D. 21

L

Laurentius Leuita Card. illuſtris tempore Sixti Papæ claruit preclaris operibus, & miraculis. cap.4.lit.A. 10
Legatus debet eſſe ſacris literis edoctus, & familiaris Papæ. cap.18.lit.C. 34

M

Marcellus Papa propter baptiſma, & ſepulturas martyrum. xv. Cardinales in vrbe elegit. cap.3.lit.A. 7

N

Nomen Cardinalatus in primitiuæ eccleſiæ initiis non fuit in vſu, ſicut nec Papatus. cap.1.lit.A.
Nomen Cardinalibus inditũ eſt à ſancta ſede Apoſtolorum. cap.3.lit.L. 7
Neminem Cardinales agnoſcũt digniorem poſt Papam. cap.8.lit.D. 21

O

Offendens Cardinalem xix. pœnas incurrit. cap.8.lit.C. 22

P

Papa vbi adeſt, ibi eſt ſedes Romana in perſonam Petri à Chriſto inſtituta. cap.3.lit.D. 8
Petri poteſtas explicatur. cap.20.in princip.& in lit.F.
Papa ſucceſſorem ſibi eligere non poteſt. cap.23. lit.T. 40
Præsbyteri Cardinales antiquitus diuidebantur in quatuor principales eccleſias vrbis, & per numerum ſeptenarium, in numero titulorum xxviii. quorum etiam officia amplè habetur. cap.4. lit.C. 9

Q

Quæ ſint præſtanda à Cardinalibus ſummo Pontifici, atque de eorum maxima obſeruantia in Papam, catholico nouo modo declaratur. cap.x. p tõtũ.
Quando Papa eſt infirmus, vel alias inutilis, quæ ſunt partes Cardinalium in adminiſtranda eccleſia. cap.24. 51
Quando & quomodo ſuper facto ſciſmatis Cardinales conuocent concilium. cap.30. 52
Quando duo contendunt ſuper Papatu quid à Cardinalibus agendum ſit & de eorum autoritate. cap.31. 55
Quare Cardinales appellentur fratres Papæ. cap.6. lit.B. 15
Quare redditus, atq; prouentus beneficiorum potiuntur Cardinales, rationes vide. cap.16. 31

S

Sede vacante, quale eſſe debeat officiũ Cardinalium. cap.19.lit.A. 35
Sunt Cardines, et Cardinum officio funguntur. cap.8. lit.D. 20
Sunt iudices orbis, & lumina mundi. cap.13.lit.D. 19
Sede vacua quid per Cardinales agendum? cap.19. 35
Sede vacua Cardin. officia demandare poſſunt velut Camerarii Theſaurarii Pontificii & ſimilia. cap.19.lit.I. 35
Sunt ſublimes. cap.8.lit.D. 20

V

Viciati corpore in Pontifices non eleguntur. cap.2.lit.B. 5
Verbum Cardinalis debet eſſe perfectũ conſtans, & omni reprehenſione carere cap.7.lit.C. 18
Verbis Cardinalium ſolis, fides adhibetur. cap.8.lit.P. 21

Z

Zacharias Romanus Pontifex Gallorum Regẽ regno priuauit. cap.12.lit.D. 27

FINIS

Errata.

In pagina 2. ſub lit. D. legendum eſt diaconis, & non diaconibus.
In pagina 4. ſub lit. C. legendum eſt Archiep. & non Archid.
In pagina 9 ſub clauſula, quæ incipit Petri, legendum eſt Pauli, & non Petri.
Ibidem paulo ante legendum eſt diuiſi, & non deuiſi.
In pagina 12. ſub lit. C. legendum eſt, ſpem, fidem, charitatem, & non ſpes, fides, charitas.
In pagina 33. cap. 18. ſub clauſula propemodum legendum eſt debent, & non debeant.
In pagina 37. ſub lit. E. legendum eſt Caietanus, & non Gaietanus.
In pagina 39. ſub lit. D. in clauſula redirent, legendum eſt & in priorem, & non priorem.
In pagina 59. ſub lit. B. legendum eſt parere, & non parcere.
In pagina 61. cap. 35. in fine, legendum eſt vnaque, & non vnæque.
In pagina 63. legendum eſt R. D. Aloiſius, & non Aluiſus.
In pagina 75. ſub clauſula pro. legendũ eſt propoſitionis, & nõ proppropoſitionis.
In pagina 85. Deciſ. 139. ſub clauſula ſumma, legendum eſt vt dicit, & non & dicit.
In pagina 86. Deciſ. 139. ſub clauſula iuſtitia, legendum eſt pectoribus, & non pectibus. Et ibidem in fine legendum eſt reliquit, & non relinquit.
In pagina 96. Deciſ. 219. legendum eſt generale, & non generali.
In pagina 110. Deciſ. 290. in principio legendum exeunt, & non exiunt.
In pagina 112. Deciſ. 298. ibi legendum renunciare, & non renunciari.
In pagina 118. Deciſ. 340. legendum eſt de, & non da.
In pagina 103. Deciſ. 243. legendum eſt digni, & non digna.
In pagina 118. Deciſ. 274. legendum eſt qui, & non quæ.
In pagina 119. Deciſ. 281. legendum eſt eorum, & non earum.
In pagina 59. cap. 33. in fine legendum eſt conſueuiſſe, & non conueniſſe.
In pagina 56. cap. 31. legendum eſt Concilii, & non conſilii.
In pagina 31. cap. 16. legendum eſt exigere, & non exixigere.
In pagina 15. cap. 6. legendum eſt Romanam, & non Romana.
In pagina 65. Deciſ. 5. legendum eſt conciliaueris, & non conſiliaueris.
In pagina 61. Deciſ. 6. legend. eſt conciliande, & non conſiliande.
In pagina 72. Deciſ. 56. legend. eſt ſol. & non iob.
In pagina 88. Deciſ. 127. legend. eſt adeptum, & non ademptum.
In pagina 135. Deciſ. 319. legend. eſt inutili, & non inutile.
In pagina 117. Deciſ. 319. legend. eſt ac verus in vniuerſa, eſt non verus vniuerſa.
In pagina 133. Deciſ. 366. legend. eſt Ang. & non aug.
In pagina 64. Deciſ. 11. legend. eſt inſignis, & non inſigne.
In pagina 63. cap. 35. legend. eſt Eſtenſis, & non eſteſis.
In pagina 88. Deciſ. 157. legend. eſt numerus, & non abmuneris.
In pagina 89. Deciſ. 163. legend. eſt quod, & non que.
In pagina 63. legend. eſt Pius Papa iiii. & non Paulus.
In eadem pag. legend. eſt Ernaldus, & non Ferdinandus.
In pagina 93. Deciſ. 186. legend eſt exces. & non excel.
In pagina 98. Deciſ. 222. legend. eſt conuocari, & non conuocare.
In pagina 81. Deciſ. 104. legend. eſt conſilio, & non concilio.
In pagina 53. cap. 30. ſub cla. itaque legend. eſt de deſerente & non deſerrere.

Alia, quæ tibi obuiam fiunt, a teipſo corrige, eaq; Typographis, non mihi vitio dabis.

DE CARDINALIBVS S. R. E. Tractatus.

HIERONYMI MANFREDI IVRECONSVLTI.

DE SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ DD. CARDINALIVM *collegio ſacroſancto.* *Cap.* I.

SACROSANCTVM collegium Cardinalium Sanctæ Rom. Eccleſiæ Principum, amplitudinem, & excellentiam habet, non ſolùm in Romana Eccleſia, ſed etiam in catholica militanti, & cuiuſcunque generis collegio quantumuis magno, & præſtanti excellit, habens auctoritatem, officium, adminiſtrationem ſacroſancti collegii, ac ſacratisſimi cœtus Apoſtolorum, qui IESV CHRISTO ante eius mortem, & poſt glorioſam reſurrectionem communiter adhæſerunt. Nam ſicut patet in actis Apoſtolicis, quæ Lucas ſcripſit, ex multis fide dignis hiſtoriis, ac ſanctorum Patrum decretis, Martini, & Guidonis Annalibus; antequàm per uniuerſum terrarum orbem mitterentur Apoſtoli, à Domini cruce, vſq; ad ſancti Spiritus largitionem, diebus etiam aliquibus poſt, cum D. Petro Apoſtolo CHRISTI Vicario, ſanctè, fidenter, communiterq; fuerunt, eiq; velut Principi ſacri cœtus, ac totius CHRISTI Eccleſiæ obſequuti ſunt, Cardinalatus officio fungentes, tanquàm primæ columnæ, & Cardines conciliarii, & vna maiores operarii, adiutores, ac rectores ſacræ Chriſtianæ, vniuerſæq; Eccleſiæ DEI.[a] Quamuis in ipſis primæ Eccleſiæ initiis Cardinalatus nomen Apoſtolis, ſicut Papatus D. Petro, multiſq; eius ſucceſſoribus in vſu vulgari, communiq; nomine minimè eſſet, ſancti enim Apoſtoli prius præſtantia dignitatis, Cardinalatus officio, ac germana eius adminiſtratione ornati fuerunt (etiam cum vterentur CHRISTI conſuetudine ante eius crucem) prius à CHRISTO ſacerdotes, atq; Epiſcopi electi fuere, quàm ipſo Cardinalatus nomine honeſtarentur, priuſq; fuere Cardinales orbis, quàm urbis, prius Cardinales totius Eccleſiæ, quàm Romanæ, ſicut D. Petrus, quem CHRISTVS primùm elegit Pontificem vni-

[a] diſt. 19. c. nouo. notat. c. per uenerab. in §. rationib. ex. qui fil. ſint legit. Card. Iacci de concil. lib. 1 fol. 43. lit. d.

uerſæ Eccleſiæ, quàm Romanæ.[a] Habet autem Cardinalium cœtus comitiorum iura in perpetuum, poteſtatem ſummam; atque liberã auctoritatem decernẽdi de cunctis Eccleſiæ DEI negociis, ad ſummum Romanum Pontificem in ſuprema ſede Apoſtolica ritè inſtitutum attinentibus, qui ſine dubio omnium Chriſtianorum nomini, ſanctè, debitè, & catholicè præſidet, cui fidenter, & continuò aſsiſtendo, cuncta ardua negocia adminiſtrare debet, ac præſertim quæ imminẽs, grauis, euidensq; neceſsitas geri debere admonet, aut cogit, compellando Papam, conſulendo, & deliberando ſimul ſenatu habito cum eodem, qui huius ſacri collegii caput eſt, ſummus ſacerdos, & princeps, quãdiu vixerit, ſi catholicè permaneat in ſancta Apoſtolorum ſede;[b] collegium enim Pontifice uita functo coeundi, & conſulendi, nõ ſolum de eligendo Rom. Pontifice vniuerſæ Eccleſiæ Principe, cui cura totius gregis eſt demandanda, ſed ètiam de aliis quàm pluribus rebus, certam, eximiam, abſolutamq; habet poteſtatem.[c] Atq; hic ordo dignitate fulget, in eodemq; collegio Cardinales Patres conſcripti exiſtunt.[d] Et maior ætate, Cardinalis Epiſcopus, Cardinalium prior nominatur, qui cum aliis Cardinalibus Præsbyteris, & Diaconis in curia Romana, quæ ad idem collegium pertinent expedit.[e] Excellit autem inter omnes cœtus, comitia, & collegia Eccleſiæ, ſicut ſacer Apoſtolorum ſenatus, cum prærogatiua ſummæ dignitatis, & præſtantis honoris inſtitutus, & cõfirmatus perpetuò in vniuerſa Eccleſia, ita vt ſtatim poſt Romanũ Põtificem ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſedis Apoſtolicæ decus, amplitudinem, maieſtatem, atq; totius Reip. Chriſtianæ pacem, concordiam, & conſenſionẽ tuendam, & ſeruandam, omnibus CHRISTI fidelib. præſideat.[f] Senatui ſanctorũ Apoſtolorũ ordine ſuccedit collgium Cardinalium ſacroſanctum. Quantùm vero ad illum ſtatum pertinet, qui poſt mortem CHRISTI, eiusq; reſurrectionem, & aſcenſum in cœlum ſucceſsit; Apoſtoli quidem Hieroſolymis habentes ſenatum continuò D. Petro adhærebant, à CHRISTO primo, ſummo Paſtore, & Apoſtolorum Principe inſtituto, antequam per vniuerſum terrarum orbem mitterentur ad prædicandum CHRISTI Euangelium, aut per D. Petrum Apoſtolum Eccleſiarum Epiſcopi electi eſſent, certaſue prouincias, ac diœceſes obiiſſent. Mediator enim inter DEVM, & hominem CHRISTVS IESVS, verus homo, ſeruator humani generis, unicam Eccleſiam ſanctam, catholicam, & militantem inſtituit, multosq; gradus, varios, atq; diſtinctos ordines in ea eſſe voluit, iuxta illud Apoſtoli dictũ[g] vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundũ menſuram donationis CHRISTI, qui aſcendens in altum dedit bona hominibus, itaq; in hac Eccleſia ipſe elegit quoſdam Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſumationem ſanctorũ in opus miniſterii in ædificationem corporis CHRISTI, quod eſt Eccleſia.[h] Igitur Eccleſia catholica à CHRISTO in gradus mirè inſtituta eſt in

die

Io. ult. Paſce o-
ues meas. Came-
racen. Card. lib.
de poteſt. eccl. 1.
parte, & de pri.
eccl. orig. concl.
extra. e. ſignifi-
aſti, & ibi Ab-
bas de elect. pro
bat tex. in c. pro
humani, de ho-
micid. lib. 6.

xcvi. diſtin. c.
Conſtantinus c.
fundamenta de
elect. c. adſuccin
dendum deſciſ.
felicis de pen.
lib. vi.

notatur in c.
licet inc ubi ma
ius de electio. in
clem ne romani
o. tit. gloſ. diſt.
2. capit. nullus
Hoſt. in c. cum
ex eo de pœnit.
in fine, Io. And.
& Archid. in d.
vbi maius, &
in c. fundamen-
ti, & in c. 1. de
ſchiſm. lib. vi.

Archid. in ca.
de off. leg. li. 6
Innoc. in c. cũ te
de re iud. not. in
c. Coſtantinus
6. diſt.

Io. An. & om.
canon. in clem.
ne romani de e-
lect. in vi.

Io. An. in c. ad
liberandã de iu
re. in c. cum ex
eo de pœn. & re
miſs. not. diſ. 23
in nomine do
mini diſt. 79. in
ubi maius, &
in c. fundamẽta
de elect. in 6.

ad Epheſ. 4.
pa. 1, ad co. 12

die ſui aſcenſionis, ut doctor gentium Paul. manifeſtè oſtendit. Ibi in his uerbis: aſcendens CHRISTVS in altum dedit bona hominibus &c. Atque ex his pater diſtinctionem ordinum, ſtatuum, dignitatum in eccleſia non habuiſſe originem ab inſtitutione eccleſiæ communi, aut alicuius hominis tantũ auctoritate manaſſe, ſed ex conſtitutione CHRISTI primaria, Petro, deinde aliis Apoſtolis in vſu fuiſſe, traditamq; quaſi per manus ſucceſſoribus, Spiritus ſancti monitu, & doctrina. Nunc quoniã Apoſtolorum CHRISTI collegiũ, ex triplici ſtatu cõſtitiſſe reperitur, de ſingulis aliqua dicamus. Primus ſtatus fuit, cum ante crucẽ Domini Apoſtoli æqualiter, & cõiunctim cum CHRISTO degerũt, nullo inter eos diſcrimine habito de collegii vniuerſi ſentẽtia concorditer CHRISTO adhærebant, à quo unicè, & nominatim ad illũ ſtatũ Apoſtolorum fuerunt electi, vocati, & nominati; & in hoc ſtatu Iacobus, Ioannes, & cæteri Apoſtoli fuere in collegio Apoſtolorum, CHRISTO auſpice, unde ſequitur Petrum quoque in eo ſtatu extitiſſe in eodemq; collegio, ac numero remanſiſſe[a]. Secundus ſtatus huius ſacri collegii fuit cum poſt CHRISTI mortem, reſurrectionem, & aſcenſum, ſancti Apoſtoli à Diuo Petro non receſſerunt, cum eo degentes capite inter illos à CHRISTO inſtituto, pro quo ſe DEVM oraſſe idem Seruator expreſſe dixerat, vt non deficeret Petri fides, & aliquando conuerſus fratres ſuos, & cæteros diſcipulos in fide confirmaret, Atque in hoc ſecundo ſtatu fuerunt Apoſtoli, poſtquàm CHRISTVS vni Petro dixit; Paſce oues meas, ipſumq; ſolum in ſummũ paſtorem elegit, omnium animarum cura illi demãdata. Cæteri autem Apoſtoli in priſtino inſtituto, & integritate fidei erga ſacrum collegium, ac D. Petrum perſtiterunt, eiq; paſtori, Principi, & cõmuni Vicario totius CHRISTI gregis concorditer paruere. Itaq; cum eo coniunctim in collegio fuerunt omnes, donec iuſsi ſunt per vniuerſum terrarum orbem ſeparatim Euãgelium prædicare. Tertius verò ſtatus huius ſacri cœtus fuit, cum peracto Pẽthecoſtes feſto, diuino numine afflati Apoſtoli, præcepto CHRISTI accepto, affatim illuminati, & corroborati Spiritus ſancti inſtitutione, corpore tantum à Petro ſummo paſtore ſeparati fuerunt, quo auſpice munus prædicationis Euangelicæ, habito ſenatu de communi ſententia inter ſe diuiſerunt, euntes per totum orbem ad gentes, & regna, in quibus ſancto inflammante ſpiritu, CHRISTVS ſuam fidem ſeri voluit, ac priuatos paſtores greges ſibi commiſſos paſcere, totius itaq; orbis inter ipſos facta eſt diuiſio, quemadmodũ Lucas in actis pulchra ſerie deſcribit. In primo autem ſtatu Apoſtoli fuere inter ſe æquales ſocietate collegii, & auctoritate. Nec Petrus eis præerat, ut antiſtes, ſed tantum ut ceſas, adhuc enim CHRISTVS paſtor omnium, eos per ſe regebat, etiã in cruce ſublatus, etiã cum ſurrexiſſet, donec aſcẽdit in cœlũ. In ſecundo autem ſtatu Petrus inter Apoſtolos antiſtes creatus eſt, & poſt Domini aſcenſionem auctoritate, iureq; ſibi conceſſo vti cœpit, & in poſterum

[a] ... quis aliquando. §. ecõntra, de pœn. diſt. Iacob. de Card. & Pa lib. 1. fo. 47. col. 1. in lit. c.

 ſterum

ſterum exercuit, de eorumq; rebus conſtituit; vt patet in actis primo in fine, cum inquit. Oportet teſtem reſurrectionis &c. & alloquens Apoſtolos pro collegio coactos ibidem dixit, Viri fratres oportet impleri ſcripturas &c. In tertio aũt ſtatu, & ex eo, D. Petrus Summus Pótifex ſumma auctoritate, & poteſtate illis præfuit CHRISTI Vicarius, maximã iuriſdictionem, & præfecturam inter illos habens, illi autem, vt Marci vltimo legitur, profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante. Quo ad primum, & ſecundum ſtatum, collegium Cardinalium uerè nobis referunt, & ex ſimili inſtitutione ſacrum collegium Apoſtolorum Papæ aſsiſtentium CHRISTI Vicario, & Petri ſucceſsori, quo cum habent Cardinales ſacroſanctum ſenatum, & ius collegii, atque in præſtantia fidei, & Chriſtianæ religionis ſecundum Pontificem primi, & veri ſucceſſores primas obtinent inter Apoſtolos officii auctoritatis, ac dignitatis apud omnes Chriſtianos, & Cardines orbis ſunt adregendam, & ornãdam Romanam Eccleſiam. Quod autem ad poſtremum, tertiumq; ſtatum attinet, vniuerſi Epiſcopi in ſuas diœceſes, vbiq; terrarum iure electi, atque adminiſtrantes eccleſias ſuas, ouibus CHRISTI ſibi commiſsis pabulum ſuggerentes, ſucceſſores Apoſtolorum in eccleſia Dei uerè exiſtunt, & nominantur, [a] ut Paulus monet loco ſuperius citato, quoſdam (inquit) dedit Apoſtolos, quoſdam autem paſtores, diſtinguit ſtatum paſtorum, videlicet Epiſcoporum, qui in ſuis diœceſibus primas obtinent, & paſtores ſunt animarum à vetuſtiori illo ſtatu Apoſtolorum, ad quem omnis referenda eſt, & pertinet auctoritas, ſi pro collegio D. Petro, eiuſq; ſucceſſoribus adhæſerint curantes catholicam Eccleſiam, vt pulchrè Archid. [b] inquiens ſummum [illegible]tificem debere connumerare ſe inter Cardinales S. R. Eccleſiæ, habita ratione prioris illius ſtatus Apoſtolorum, in quo collegio Cardinales vnum ſunt cum Pontifice; itaque cum eo, quo ad eius fieri poteſt, concordes omnes ſe immiſcere debent in adminiſtratione Chriſtianæ Reipub. & fidei, vna de ea ſoliciti, ac de totius orbis ocio, concordia, & pace, de iiſdem rebus ſenatu ſacroſancto coacto, conſilium capere, ad commune bonum, & Chriſtianorum felicitatem, vt de his pulchre not. Beat. Antoninus Archid. Florent. [c] & Io. de Turre crem. [d]

DE SACRI COLLEGII DD. CARDINALIVM EORVMQVE *nominibus, & maieſtate ſingulari.* *Cap.* II.

COETVS Cardinalium S. Rom. Eccleſiæ ritè habitus approbatis, ſplendidiſq; nominibus fulget, atq; in primis gremium Eccleſiæ appellatur. [e] Quod gremium maternum eſt, non tamen cuiuſcunque matris, ſed latiſsimum, ſanctiſsimum, & fœcundiſsimum vnius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ, quæ in D. Petro Principe Apoſtolorum

ſtolorum à CHRISTO electo, atque inſtituto, eiuſq; ſucceſſoribus Rom. Pontificibus, & in S.Rom.Eccleſia Cardinalibus in communi ſocietate concorditer degentibus, & commodo Chriſtianorum omnium conſulentibus, reſidet; conſenſio enim Cardinalium huiuſmodi aſsiſtentium D. Petro à CHRISTO ſpeciatim approbata, ac propriè ſuccedentium uſque in finem ſeculi, continua ſerie ſine labe ſeruata eſt, hoc in ſecundo gremio, qui ſunt, quo ad ſtatum ſuum omnes ſunt beati, Pontifex primùm, & cum eo Cardinales omnes, quis enim hos ſanctos eſſe neget, quos apex tantæ dignitatis exornat, quibus ſi deſunt uirtutes, & bona, quæ in illis eſſe deberent, ſufficiant promerita tot ſanctorum Patrum, quæq; ipſi de eo ſtatu, gremio, ac loco teſtantur; Nam huiuſmodi gradus, aut non niſi dignos homines, & claros meritis ad ea faſtigia euehunt, aut certè euectos illuſtrant.[a] Quamuis uerò omnes, qui in hoc proprio ſunt gremio ſtatu ſuo beati ſint, & cenſeantur, eſſe tamen poteſt, ut non omnes ad ſummum ſacerdotiu[illegible] it idonei. Vnde qui vitio aliquo corporis affecti ſunt, vel quouis alio maiori impedimento detinentur, eligi in Pontifices nequeunt.[b] Singuli autem Cardinales, & omnes unà peculiares ſunt filii, qui continue reſident in gremio S.matris Eccleſiæ, quæ DEO Optimo Maximo conſtituente, per CHRISTVM eius filium, caput eſt, & mater eccleſiarum omnium totius orbis.[c] Cardinalium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ congregatio, ſecundo modo vocatur collegium à con, quod ſimul ſignificat, & legendo, quod ad idem miniſterium eligantur, quia pro cunctis magnis, aut arduis negociis neceſſariò in unum conuenire debent, cum ſummo Rom. Pontifice Petri Catholico ſucceſſore, & cum eo conſilium capere, ſumma vigilantia Rem[illegible] adminiſtrantes, eiq; iugiter aſsiſtentes, quod maximè honeſtiſsimum iſtud, ac ſacroſanctum collegium decet; Illa uerò, quæ aut generaliter, aut ſpeciatim eccleſiam DEI reſpiciunt, imprimis curare debent, Romanoq; Pontifici integra, ac libera dare conſilia, tanquàm eccleſiæ catholicæ filii obſequentes, in functione ſummi ſacerdotii. Cæterum ad eorum ſtatum pertinet præſtò eſſe Papæ, opem ferre. Sunt enim ob eam gratiam in collegium illud aſciti, vt perinde ac fratres in communi cœtu cum Rom. Pontifice certa, & libera ferant ſuffragia, eiq; adhæreant, qua in re nullus popularis poteſtatis metus illos deterreat, nulla gratia abſorbeat, nihil de recta ſententia illos depellat.[d] Conuenit etiam nomen hoc ſacroſanctum collegium, Cardinalibus propriè pro collegio cum ſummo Rom. Pontifice congregatis, eiq; continuè adhærentibus. Itaque ad Cardinales tanquàm ad collegium ſcribere eſt in vſu, nã eos collegium ſacroſanctum propter prærogatiuam auctoritatis, & ius collegii, quod habent appellare ſolemus. Poſſunt enim omnia Chriſtianorum collegia iuſta, & approbata explere, illiſq; maximam auctoritatem tribuere, vt copioſè declarant Hoſtienſis, & Ioan. Annan.[e] Simili ratione

a 41.diſtinct. non nos facit[illegible] vbi maius, c.f[illegible] damẽta de ele[illegible] c. [f]elicis de pœ[n.] lib. 6.

b gloſ. c. in n[o]mine domini, verb. de grem[io] diſtinct. 24.

c c. felicis. §. hoc quoque [illegible] pœn. lib. 6. & i[n] not.

d c. fundame[n]ta. §. decet de [e]lect. in 6.

e in c. ad libe[]randũ de Iuda[is]

collegium iſtud poſt Papam inter omnes Chriſtianos habet amplitudinem in vniuerſa Eccleſia catholica, honoriſq; & dignitatis præſtantiam.[a] Quarto modo in ſacris conſtitutionibus cœtum, conuentum etiam eſſe, vel congregationem iuſte habitam patet, à conueniendo in vnum; meritò itaq; collegium iſtud etiam cœtus appellatur.[b] Et quantum pertinet ad rem ipſam propriè, concordiſsimi Cardinales debent ſummo Pontifici continuò, & pro collegio adhærere, de cunctis Eccleſiæ DEI arduis negociis ad eum referre, illaq; cum eo adminiſtrare, de illis decernere, auctoritateq;, & manda to ipſius abſoluere, ad optimum, proſperumq; ſtatum totius militantis eccleſiæ. Nam ipſis Cardinalibus poſt Pōtificem incumbit præcipuè cura adminiſtrandæ eccleſiæ vniuerſalis, cum ipſo verò Pontifice ſtatim ſuccedit collegium iſtud ſanctorum Apoſtolorum congregationi in prima eccleſia, poſt Seruatoris noſtri glorioſum aſcenſum in vnum coeunti, nomineq; ſpiritus ſancti, ad quos pertinuit cum ſummo eius antiſtite, & paſtore Petro, ſicuti modo ad Cardinales pro collegio coactos cum ſummo Ro. Pontifice, adminiſtratio totius Eccleſiæ catholicæ, hoc eſt cura omnium, & ſingularum eccleſiarum totius orbis ſpectat, necnon tractatio omnium maiorum cauſarum eccleſiæ. Cuncta quoque ardua, & dubia ſuperuenientia in toto terrarum orbe Cardinales decidere debent, in gratiam præpotentis DEI ad augendam CHRISTI fidem, & tuendos Chriſtianos omnes, ſingulaſq; ciuitates.[c]

DE CARDINALATVS ORIGINE, ET IPSIVS nominis interpretatione. Cap. III.

CARDINALATVS præſtantiam, dignitatemq; in S.Rom.Eccleſia habuiſſe certam originem, & nominis formam monimenta veterum proteſtantur, ſanctorum patrũ decreta oſtendunt S. Rom. Eccleſiæ Cardinales in functione ſui muneris Rom. Pont. adiutores eſſe inſtitutos, ut feliciter per eos Chriſtiana Reſp. gereretur. Primò à D.Syluestro Papa, cum dignitatis, & honoris excellentia in vniuerſa eccleſia inter cæteros omnes poſt Rom.Pont.concilia ex eo tempore, & in poſterum (ſeſsiones modò appellant) Conſtantinus Imperator quarto die ſui baptiſmatis, ſuorumq; præfectorum inſtituit, cunctoq; populo Rom. approbante vrbem Syluestro, eiuſq; ſucceſſoribus conceſsit, atque vtriuſq; ditionis principatum, & imperii inſignia; largitus eſt etiam ipſi ſedi Romanæ ſummo gradu poſitæ ſummum ius imperii, vt in cunctis agendis maxima libertate uteretur, ne vlli ſubeſſet homini ea, quæ CHRISTI uerbo omnibus prępoſita fuit.[d] Idem Syluester, vniuerſali conuentu Romæ habito, quoſdam presbyteros Cardinales nuncupari publicè decreuit, & ritu

not.in c. excel ... entiam §. decet ... e elect. in 6. & ... 3.diſtinct.c. in ... omine domini ... in cle. ne Ro... ani de electio.

... diſtinct. 15.c. ... in fin. unde ... pheta uocate ... tum, ſanctifi... te eccleſiam, ... adunate ſe... es, viri in uiis ... is gradientur, ... non declina... unt à femi... is, vnuſquiſque ... atrem ... non ... ſuſcitabit, fin... ili in calle ſuo ... mbulabunt, ſi... it fortes curret ... quaſi bellato... s aſcendet mu... m ad defenſio... em domus Do... uni Iohel. 2.c.

... vt habetur in ... quod trāslato ... e off.lega de iu... c.c. nouit. de ... ptiſ c. maio... s, & c peruene ... bilem qui fil. ... nt legit.c. fun... mēta de elect. ... 6.c.grandi de ... pplen. negli. ... zela. Card. ca... eracen. lib. de ... pieſtate eccle... aſtica.par.1.de ... im.orig. eccl.

... xcvi.diſtinct. ... Conſtantinus, ... c.bene quidē.

ritu quodam ſeruato propriis nominibus ipſe appellauit, & ita in poſterum eos nominari voluit.[a] Annis etiam aliquot antea, tempore Potentiani Papæ, necnō D. Cyriaci cum xi. millibus virginum apud Coloniam ſupplicio affectis, D. Marcellus Pontifex propter baptiſma, & ſepulturas martyrum, Anno Dom. CCCIIII. quindecim Cardinales in urbe elegit.[b] Ecce verò Fabianus Pontifex ſeptem Cardinales Diaconos inſtituit, qui præeſſent ſeptem ſcribis Apoſtolicæ ſedis, vt verè geſta martyrū memoriæ hominū ſempiternæ commendarent; attamen temporibus iiſdem Marcelli, & Fabiani, nec Cardinales ab omnibus nuncupati ſunt, nec prærogatiuam dignitatis habuerunt in Vrbe, priuſquàm aduenit Sylueſter Pontifex, qui habito communi Senatu Romæ, primus in Romana Eccleſia expreſsè inſtituit, ac nominauit Cardinales, iiſq; priuilegia conceſſit. Itaque tùm primùm verbo, & re Cardinales fuerunt cum D. Sylueſtro.[c] Vnde eleganter dicit Archi.[d] quòd quamuis de dignitatib. eccleſiaſticis per Romanam Eccleſiam inſtitutis, poſſit quilibet Epiſcopus in præcipua ſua eccleſia, uel alia ſuæ diœceſis, nomina dignitatū inſtituere,[e] attamen Cardinalatus dignitatem nemo inſtituere poteſt, ſine auctoritate eccleſiæ, cùm nuſquàm gentium conceſſum ſit, Cardinales eſſe, aut creari, quàm in Eccleſia Romana, quæ hoſtium eſt eccleſiarum omnium totius orbis; vt enim Cardinibus hoſtium vertitur, ita eccleſia debet conſiliis, & prudentia Cardinalium niti, eorumq; præſenti ope eam regi neceſſe eſt.[f] Singulari igitur, & præſtanti nomine Cardinales appellantur (vt diximus) propter præſtantiam dignitatis, & officii prærogatiuam, ita appellati, quoniam ſicuti circa Cardines ſuos mundus ipſe vertitur, ita diuino inſtituto CHRISTI Eccleſia, in Cardinalibus ſuum ſeruat totum. Sunt enim orbis Cardines, ſupra quos DEVS orbem poſuit, vt inquit Anna mater Samuelis primo Regum, & quemadmodum DEVS cœlum ipſum Cardinibus niti ſtatuit.[g] Sic etiam cœlum huius militantis eccleſiæ Cardinales agere voluit, Cardinum vt officio fungerentur, & ſicut cœleſtes illi cœlum regunt, atque circa eos rapitur, ita Cardinalibus ſummo Rom. Pontifici adhærentibus laborum, ac negociorum Rom. ſedis, & totius eccleſiæ pondus incumbit, quorum humeris, ita eorum officio exigente vniuerſæ eccleſiæ ſtatus nititur.[h] Ideo autem dicuntur Cardinales, quia conſilio, & prudentia ipſorum adhærentium CHRISTI Vicario, agitur vniuerſa eccleſia;[i] dicuntur etiam propriè Rom. eccleſiæ filii, quoniā inde manat ipſorum dignitas, in eademq; poſt Papam principes exiſtunt, ad eam augendam atquè ornandam.[k] Romanæ eccleſiæ Apoſtolicæq; ſedis ſtatus, Cardinalium auctoritas, & officium declaratur Chriſtianis omnibus, ex ipſorum Cardinalium ſolemni, atquè communi nomine. Omnes enim vno nomine Cardinales nūcupantur, quia vnà, & continuò deſeruire debent Rom. Pontifici, & Apoſtolicæ ſedi, præſto eſſe, principi eccleſiarum omnium totius orbis,[l] atque hoc modo

a ut 2. queſt. 4. c. præſul. diſt. 93. c. a ſubdiacono.
b not. Archid. de elect. cap. ubi maius, et ibi gl. in 6. in c. fundamenta, de elect. libr. 6. Io. de Syl ua. lib. de benef 4. q. 1. par. n. 47.
c q. 4 c. præſul. not. in c. vbi maius de elect. in 6.
d xii. diſt. c. oēs
e c. cum acceſſiſſent, & c. cùm olim de conſt.
f vt not. gloſ. in c. 1. de off. Archid. c. xii. diſt. c. ſacroſanctæ.
g Deut. c. xxx
h not. gloſ. in c. 2. de off. Archipresb. facit. c. in nomine domini 23. diſt. c. fundamenta de elect. c. felicis. §. phoquoq; de pœn. lib. 6.
i ſic intelligenda eſt 24. diſtin. c. presbyteri. 7 diſt. c. firmiſſime
k vi. q. i. c. paſtoralis. 21. q. 1. c. ... lario no. Io. m. in c. vbi maiu & c. fundamēta de elect. in 6. Hoſtien. & Io. An. in c. miniſter in gloſ. ord. verb. Card. ... off. Archi.
l 22. diſt. c. ſacroſancta, 9. q. c. ſola. & c. cuncta per mundū & ... p principalem 11. diſtin. c. qui neſciat.

modo Cardinalibus nomen inditum eſt à ſancta ſede Apoſtolorum, cui
t adhæreant perpetuò, ac deſeruiant ipſa officii dignitas flagitat,[a] & tan-
dem licet propriè Rom. eccleſiæ habere Cardinales, quatenus ipſa Rom.
eccleſia, & ſedes eſt in CHRISTO ſummo omnium Pontifice. Conſtat
enim perſonam ad ſummum ſacerdotium aſſumptam, non locum, aut
Rom. vrbem electam efficere ſedem Pontificis.[b] notum verò eſt Epiſco-
pum eſſe in eccleſia, quo ad adminiſtrationem illius, ipſa autem in Epiſco-
po, quo ad obedientiam, & ſubiectionem pertinet.[c] Vbicunque igitur
propria Pontificis perſona adeſt, ibi eſt Rom. ſedes, & eccleſia in perſona
D. Petri Apoſtolorum Principis inſtituta per CHRISTVM.[d] Huic Almæ
matri eccleſiæ, quæ Thronus DEI, & cœlum appellatur in terris Cardina-
les pro Cardinibus deſeruiunt.[e] Dignitas autem hæc Cardinalium, & no-
mina, apud Chriſtianos vbique ſunt comprobata propria, & communi
obſeruatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Cardinalium itaque dignitatem
præſtantia plenam eſſe, & inter omnes conſpicuam patet in eadem eccleſia.[f]
Antiquitus autem Principes ſacerdotes CHRISTI fidem ſequentes com-
muni nomine Cardinales appellabantur, id eſt, præcipui quemadmodum in
eccleſia Metropoli Rauennate, & D. Iacobi in Compoſtella, adhuc ex pri-
uilegio ſpeciali mos uiget. [g] et in eccl. neapolit. 14. can. 7. presbiteri, et 7.
diaconi à s. sylvestro instituti ad instan. constan. Imper. cardinales appellant.

DE TRIPLICI ORDINE, HIERARCHICO DD. Cardinalium. Cap. IIII. ex cronic. neap.

REFERVNT Martinus Pollonus, & Berhardus Gui. in principio
ſuorum librorum, quos de Ro. Pontificibus conſcripſerunt,
quod ſicut auctor humani generis ſummus ſacerdos, & Ponti-
fex in cœleſti eccleſia tres angelorum ſummos ordines conſti
tuit, qui ſibi obſequerentur, ita eiuſdem conſilio factum, vt apud homines
in militanti eccleſia, ad cœleſtis illius Hieroſolymæ, quæ mater noſtra eſt
exemplum, circa Romanum Pontificem CHRISTI vicem in terris gerētē,
eſſent tria Cardinalium genera, quæ illi adhærerent; quidam igitur ſunt Car
dinales epiſcopi, alii Cardinales præsbyteri, alii Cardinales diaconi, atq; hoc
ordine circa Pontificem ſedent, vt primas teneant epiſcopi, ſecūdas præsby-
teri, tertias diaconi. Nam in primo gradu CHRISTVS conſtitui voluit cer
tarum eccleſiarum epiſcopos, quorū ordo dignitate excellit. Manifeſtat.n.
epiſcoporū ſtatus inter cæteros, diuinas virtutes, & tāquàm Deo proximior
dignitatum omnium præſtantior, lex etiam diuina, abſtruſiora religionis no
ſtræ myſteria epiſcopo tribuit, quæ propriè eidem conueniūt, quemadmo-
dum inquit Dionyſius Areopa. libro de eccleſiaſtica Hierarch. cap. quarto.
Quo verò ad numerum attinet, Cardinales epiſcopos, vt Pollono placet,

in pri-

in principio ſuorum annalium in feſtis maioribus Rom. Pontificis primi aſſeſſores ſunt, & in ſacris peragendis ipſius uicem gerunt Metropolitani.[a] Vt Epiſcopi Pontificis vicem gerentes, tàm in eccleſia Lateranenſi, quàm alibi, debeant ſtatis diebus anni coram Pontifice ſolempnia ſacra peragere; Cæterùm inter alios Cardinales Epiſcopos; Hoſtienſis Epiſcopus certas habet prærogatiuas, atque egregias, dedicat enim ipſe Pontificem, Imperatorem inungit, primus à Pontifice ſedet in conciliis,[b] ex inſtitutione primaria Cardinales Epiſcopi ſeptem tantum ſunt. Primus Hoſtienſis, qui propter Pontificis dicationem inter Cardinales, quô ad ſuam primariam Eccleſiã dignior eſt, itaq; digniori pallio etiã vtitur, alii ſunt Portuẽſis; S. Ruffinæ, Sabinenſis, Præneſtinus, Albanenſis, & Tuſculan. vt Guidoni, & Pollono placet ibidem, & Hoſtien.[c] hos etiam referenti. ſecundum tenent locum in hoc ſacro collegio Præsbyteri Cardinales; Sũt enim Præsbyteri, ut illa agãt quæ ſacerdotum ordo efflagitãt, vt teſtatur Dionyſius de eccleſiaſtica Hierar.c.v. Cardinales Præsbyteri quoque, vt præcipui coadiutores, Pontifici aſſiſtunt in cunctis ſpectantibus ad eccleſiam Apoſtolorũ, ipſi etiam propter gradus dignitatem in communi ordine Apoſtolorum continentur. Ita quòd tàm Epiſcopi, quam Præsbyteri Cardinales, primi Duces ſunt totius eccleſiæ, ſicut Apoſtoli fuerunt ſpiritu ſancto accepto à DEO optimo maximo; hinc amare, illos decet religioſos omnes, & erga CHRISTVM fideles, clientes ſuos, ac minores, illa denique agant, quæ ſacroſanctæ conſtitutiones iubent, Apoſtolos imitentur exemplis, actionibus rectis, ſolidiſq; doctrinis, quorum officio in eccleſia re ipſa funguntur. Sunt. n: ipſi eccleſiaſticæ hierarchiæ, quas à DEO accepimus, vt placet Diony[illegible] de eccleſiaſtica hierar.c. v. in fine. Præsbyteri autem Cardinales initio ſuæ inſtitutionis eccleſiarum vrbis Romæ incertos habuere titulos, & per numerum ſeptẽnarium diuiſi in quatuor Principes eccleſias dicati fuerunt. Atque ex his ſeptem coram Pontifice celebrare debẽt, eidemq; in ſacra Diui Petri æde primaria deſeruire, hi ſunt D. Mariæ Trãſtiberim; D. Criſogoni; D. Ceciliæ; D. Anaſtaſiæ D. Laurentii in Damaſo; D. Marci; D. Martini in montibus. Alii verò ſeptem, quos Pontifici miniſtrare, corãq; eo celebrare debere diximus in Diui Pauli eccleſia, hi ſunt D. Sabinæ; D. Priſcæ; D. Balbinæ; DD. Nerei & Archilei; D. Marceli; D. Xiſti; D. Suſannæ. Alii ſeptem, qui etiam ſeruiunt Pontifici ex antiquo ritu, coramq; eo in eccleſia Patriarchali; D. Mariæ maioris celebrant (ſic enim appellant) hi ſunt D. Cyriaci in termis; D. Euſebii; D. Potentianæ; D. Clementis; D. Marcellini; D. Petri; Baſilice xii. Apoſtolorum. Septem alii, qui coràm eo ſacra faciunt in eccleſia principali D. Laurẽtii extrà muros, ſunt D. Praxedis; D. Petri in Vinculis; D. Laurentii in Lucina; S. Crucis in Hieruſalem; D. Stephani in monte Cœlio: DD. Ioan. & Pauli; DD. Quatuor coronatorum; quos omnes ſerie longa ſuis annalibus Bernardus,

a xxiij. diſtin. c. In nomine mini.

b not. Archi ſtinct. xxiij. c. tiqua depriui

c ĩ c. examin de cõfir. vtil. inutil.

Guido & Pollonus recenſent, vbi etiam dicunt quod quilibet Præsbyterorum Cardinalium in ſacris peragendis, & diuinis laudibus ſuam habet hebdomadam, in qua ſummo Pontifici asſiſteret, vt in rebus, quæ ad ſpiritum pertinent deſeruirent pro viribus Sanct. Rom. Eccleſiæ; noſtris vero temporibus Cardinales Presbyteri in quotidianis ſacris non deſeruiunt, ſed in maioribus tantum, & iis, quæ à Pontifice, tam pro viuis, quam pro defunctis ſolemniter fiunt, ordine ſibi ipſis munus hoc inuicem deferentes, interdum commutant pro voluntate ſummi Pontificis, aliquando in ſequentem reiiciunt, ad DEI præpotẽtis gloriam, & Sanct. Rom. Eccleſiæ decus, vtilitatem, maieſtatem, atque etiam amplitudinem. Nunc de Cardinalibus Diaconis agamus, qui tertium tenent locum in collegio Cardinalium, vt continue præſto ſint ſummo Pontifici, digniſq; ac neceſſariis muneribus vniuerſæ DEI Eccleſiæ, & S. ſedi Apoſtolorum vigilanter asſiſtant, vt Dionyſio placet de eccleſiaſtica Hierarchia. c. vii. ante finẽ. Nã hic ordo in eccleſia, quam militantẽ vocamus, mundat, ſurſum agit purgatos ad manifeſtas Diuorũ ſanctificationes, ad purgandũ, & inflãmandũ ipſa re, & verbo imbecilliores: ideo Cardin. eluceant mundis, eoſq; exortentur ad illa omnia, quæ abſoluta Chriſtiana vita requirit, fidem, religionem, obedientiam rectam, & honorem quieti ſtatus, recteq; adminiſtrationis, in his quæ ſpiritum reſpiciunt, aut perſonam Rom. Pontificis, auctoritatem, ac locum habent in Eccleſia Romana, ad arguendos impuros, & rebelles, vt adminiſtrent etiam perſona ſua, atque interſint rebus agendis, vt factum eſt antiquitus in eccleſia poſt ſub ſortitionẽ ſeptuaginta duorum diſcipulorum CHRISTO auctore, vt deſeruirent ſacro Apoſtolorum collegio, elegerunt ſeptem Diaconos Leuitas, quorum primus fuit D. Stephanus. Hi quidem poſt Petri diſceſſum, aliorumque. Apoſtolorum tenuerunt tertium gradum, & locum in Apoſtolica ſede ad gerendam vniuerſam DEI eccleſiam, ſummo Pontifici adhærendo, morem in prima eccleſia inſtitutum ſequentes. In hoc ſacro collegio tempore D. Sixti, claruit Laurentius Leuita martyr inſignis præclaris operibus, & miraculis, Cæcis n crucis ſigno viſum reſtituit, theſauros eccleſiæ in pauperes erogauit. Cardinales autem diaconi, vt ad eos redeamus in numero Cardinalium exiſtũt ſecundũ illa, quæ tradit Pollonus, Bernarduſq; in præcitatis locis, hi intereſſe debent negociis Rom. Poteſt. atque eccleſiæ vniuerſæ, & perſona ipſa ei deſeruire, etenim ad illos pertinet ipſum ſacris veſtibus induere, in ſancta ſanctorum, vt appellant ducere, Dyadema ſacro capiti imponere, & amouere, cum ſacra peraguntur, rurſus eidem miniſtrant etiam, cum in ſede pontificia reſidet, tam ex officio ſtatus Hierar. quam ex obſeruata conſuetudine Apoſtorum, & ſanctorum virorum eis ſuccedentium, qui iam inde ab initio eccleſiæ in ſacro collegio, & in Rom. eccleſia fuerint, habentes eandem maieſtatẽ, quã Cardi. præsbyteri,

& epi-

& Epiſcopi, ac in cunctis dignitatibus eccleſiæ præferuntur, ita vt in Eccleſia Rom. poſt Cardinales Epiſcopos, & Præsbyteros, primi ſint in tota eccleſiaſtica Hierarchia Diaconi Cardinales, ad abſtruſiora myſteria, & Apoſtolica electi, vt eo loci Guidoni, & Pollono placet. Ex primaria autem inſtitutione Romæ, ſunt huius generis Cardinalium tituli ſexdecim, S. Mariæ in Dominica, & hic olim erat Archidiaconus aliorum; D. Luciæ; D. Maricon; DD. Coſmæ, & Damiani; D. Adriani; D. Mariæ in Scola Græca; D. Mariæ in Porticu; D. Nicolai in carcere Tuſculano; D. Gregorii palatii; D. Angeli; D. Euſtachii; D. Mariæ in Aquaria; D. Mariæ in via lata; D. Agathæ; D. Luciæ capite ſuburræ; & D. Quiriaci; Nuncupantur etiam noſtris temporibus Cardinales Diaconi aliis titulis, præter ſupradictos, qui ſunt, D. Mariæ in Coſmedim. D. Theodori; D. Mariæ nouæ; D. Luciæ inter imagines; DD. Sergii, & Bacchi; D. Viti in Macello; D. Giorgii ad velum aureum; D. Mariæ in via noua; qui omnes hodie Diaconorum habitu, in quibuſdam ſolemnibus cum diademate ſummo Pontifici miniſtrant, & ſolemniori apparatu dum ſacra à Pontifice fiunt CHRISTI Euangelium modulantur.

DE PROPRIIS INSIGNIBVS DD. CARDINALIVM. Cap. V.

ROMANÆ Eccleſiæ Cardinales quædam habent inſignia honoris, & præſtantiæ, ſtatui eorum propriè attributa, quæ tàm in rebus, quæ ad corpus pertinent, quam in iis, quæ ad ſpiritum, oſtendunt auctoritatem, & prærogatiuam, quam habēt diuino, & humano iure apud oēs hoīes, qui CHRISTI fidē acceperint, aut ditionis eccleſiæ ſint, aut cæterorum principum. Ex his autem quædam ſunt omnibus communia, quædam cuiq; propria, ſed de commūnibus primùm videamus. Communia inſigna Cardinalium, tùm Epiſcoporum, quàm Præsbyterorum, aut Diaconorum, cum ſacra peraguntur, Pontificia ſunt, cuiuſmodi diadema, anulus, caſula, ſimilibus enim ipſe Pontifex utitur, iiſdemq; coram Pontifice induti ſunt, in Conciliis etiam vniuerſalibus, & cum ſacra ſolemnia fiunt, abſente etiam Paſtore ſummo, vbicunque voluerint, atque vt conſueuerunt vtantur licet; Illi inquam, qui primi ſunt poſt Rom. Pontificem in ſtatu communi, & proprio loco Apoſtolorum; & Senatores totius orbis clariſſimi, Senatum Romanum in ſuo ordine retinentes, Conſtantini Imperatoris munere eximio; [a] ornamentis igitur de quibus diximus vtuntur in ſacris ſolemnibus, & ſeſſionibus (vt appellant) Pontificiis, atque ſynodalibus Eccleſiæ Cardinales omnes, ratione habita dignitatis perſonæ, atque ſtatus illorum, cum ſint in

[a] xciij. diſtinc. cap. nonnulli, & ibi gloſ.

eam gratiam electi,& ab omnibus Chriſtianis accepti, vt continuè adhæreāt ſummo Pōtifici,poſt quē ſtatim cōſtituti ſunt maiores Paſtores in vniuerſa Eccleſia,ad inſtitutionem omnium fidelium, totiusq; eccleſiæ, obtinentes prærogatiuam honoris in Eccleſia Romana, vbi titulos proprios acceperunt, & vnum corpus effecti ſunt myſticum, vnum collegium ſacroſanctum cum ſummo Pontifice conſtituunt, atque ampliſsimum illud, ac ſanctiſsimum cœtum Apoſtolorum in ſe retinent, qui poſt CHRISTI Seruatoris ad cœlos aſcenſum, ipſo iubente, ſancto ſpiritu inflammante, idem collegium ſacroſanctum ad regendam militantem eccleſiam,vniuerſamq; religionem Chriſtianam pro ſe, ac ſuis in honeſtiſsimo illo gradu ſtatuerunt Apoſtoli.[a] Status Cardinalium S. Rom.Eccleſiæ præſtantia, vt inquit Cardinalis Cameracen.[b] In hoc cōſiſtit quemadmodum ipſi dum eliguntur ex charitate ſe obligant,vt cum capite ſuo Ro.Pontifice,certo CHRISTI Vicario,cuius pars corporis myſtici ſunt, cūq; eo unū corpus efficiūt collegium,ſeu ſenatum ſacro ſanctum ad amplificationem, atque cuſtodiam vniuerſæ Chriſtianæ religionis, vt CHRISTI fidem, & Chriſtianos omnes communiter priuateq; totis(vt aiūt) viribus defendāt, ſanguinē me hercule ſi opus ſit, pro illis effundant neceſſe eſt, atq; in hac ſententia conſtantisſime permanere debent. Cuius rei ſignum eſt, vt vult Camerac.ibidem,quòd ſoli Cardinales cū Pontifice ſummo, purpureis galeris vtuntur, propter Cardinalatus præſtantiam, & virtutis gradus efficaciam, in S.Rom. Eccleſia, matre omnium CHRISTI fidelium, propter gradus dignitatem, ad quem aſſumuntur à Rom. Pontifice, cum Cardinales creantur, cùm ſtatus verè perfectus in eccleſia ſit paſtoris ſummi, aut Cardinalis, propterea etiam veſtibus aptisſimis vtūtur ad dignitatem Cardinalatus declarandam; Sunt enim Cardinalium veſtes(Rocchettos vocant) & pallia inſigniora Pontificia aperta, pellibus maximi pretii intus compoſita, cùm eſt hyems, æſtate vero ſerica, ex purpura pileus eſt, quo equis vehuntur, deniq; vt vno verbo rem abſoluamus, ſunt ueſtes Cardinalum confectæ, ad ſimilitudinem Pontificiarū, cum quibus more Romano induūtur, vt ſublimis gradus in eccleſia requirit, & Pontificia dignitas. Veſte igitur linea ſuperinduuntur Cardinales, niſi ſint monachi, uel religionis alterius, quàm regularium canonicorum. Nam ſi ſint regulares canonici induuntur huiuſcemodi veſtibus ad declarandam honeſtam conſuetudinem, vitæq; integritatem. Candor enim veſtium puram vitam, atque innocentiam denotat.[c] Lineum ſuperindumentum igitur integritatem vitæ, munditiem, pietatem, illoſq; carni,& uitiis mortuos eſſe, qui talibus amiciuntur ſignificat.[d] Pallia autē aperta ſupernè, & circumtexta, denotant uirtutes morales, quæ CHRISTO auſpice in eccleſia fulgent, videlicet; ſpem, fidē, charitatē erga CHRISTI fideles omnes, quæ pauperibus conſulit, atque afflictis tan-

quam

quā clementiſsima mater.[a] De pileis modo purpureis agamus, cū oblōgis illis ſericis redimiculis, nodis, ac bracteis purpure infectis, quæ à Pontifice dātur pro vſitatis, atq; ſpecialibus inſignibus, quod forma & color oſtēdunt, forma .n. rotunda eſt, ad medium vacua, adeo vt capiti aptari poſsit; quo quidem galero, diadema, beatæ vitæ ſignificatur, quod eiſdem Cardinalibus inuocatione, atq; officio ſuo, verè dum viuunt manentibus à DEO largitore bonorum omnium repoſitum eſt in cœlis. Iidem pilei intus foriſq; fulgentes purpura, oſtendunt eoſdem Cardinales propter excellentiam ſtatus in quo verſantur, teneri coram DEO conſtanter ſanguinem effundere, & vitam pro fide CHRISTI, atq; honore eccleſiæ, cuius ampliſſimum ius, libertatemq; tueri debent, procq; augendo Chriſtiano nomine, id enim ſanguinis ille color ſignificat, vt D. Iſidorum reſcripſiſſe refert Gratianus.[b] Lod. Rom. qui hæc diſſerit in ſermone habito in Concilio Generali Baſilienſi, in verb. Vos eſtis lux mundi, adhibent etiam pannum in palliis ſuis purpureis, vt argumentum ſit honeſtiſsimi illorum nominis, & virtutum, quas habent. Vtuntur præterea pannis laneis maximi precii, vt communis vſus, & aliquando ſericis, ad hoc vt oſtendāt ſe præcæteris excellere, non autem ad pompam hoc facere debent corporis, aut ſuperbiæ cauſa, ſed ad extollendam gloriam Rom. Eccleſiæ, acceſsionem, atq; honorem eius, quæ mater eſt omnium Chriſtianorum, cui ſummus Pōtifex præeſt, eiq; deſeruiunt Cardinales.[c] Gemmas autem ferunt in digitis anulis aureis alligatas, triplici de cauſa: primum, vt oſtendant ſe Rom. Eccleſiæ ſpeciales filios eſſe, quæ caput eſt omnium eccleſiarū, plena in libertatis, & honoris prærogatiuā habens.[d] Liberos itaq; ſuos dignitate præditos in gremio habet Cardinales, plenos nobilitate morum, generis, & dignitate præpollētes.[e] Secundò, vt oſtēdāt ſe fratres eſſe, atq; adiutores ſummi Pōtificis (& vt appellāt) collaterales domeſtici Palatini ſacri Palatii.[f] Tertiò anulū ferunt rōne magnæ dignitatis, & amplitudinis, quā habent poſt Ro. Pōt. in Eccleſia CHRISTI, ſunt .n. primi ſponſi ipſius poſt Papā, qui vniuerſalis Petri eſt ſucceſſor, in Eccleſia Ro. inſtituti,[g] & deferētes anulos huiuſmodi, ſciāt ſe pro illa dignitate Ro. Pon. animo, atq; operatione coniunctos eſſe debere, ad bene gerendam vniuerſam eccleſiam, & cuncta ardua diligenter, ac ſumma fide agenda, ſiue ad ſpiritum, ſiue ad corpus pertineant, proq; iis, res proprias ponere debent, conſulere omnibus, & ex vtilitate illa adminiſtrare.[h] Et cùm in S. Ro. Eccleſia participes ſint ſummi Sacerdotii, & pro eo in quo ſunt ſtatu, qui refert ſacrum Apoſtolorū cœtum cum Petro, & communionē corporis myſtici illius ſacri cœtus, cuius iidem Cardinales ſunt pars.[i] Rurſus Conſtantinus Imperator conceſsit etiam Cardinalibus, vt habenis aureatis, & faleris circa equos vterentur.[k] Illis præterea calcaribus aureis licet vti, in palliis etiam ex purpura nemo adhibere aurum vetat,

a c.clerici in fin. cum ibi n. tat. de uit. & honeſt. cleric.
b in c. ſiue n. 2 quæſt 5.
c c. vbi maiu. c. fundamēta, de electio. c. vt apoſtolicæ, vbi Io. de Anan. in gl. in verb. dignitatum de priuile. lib. vi.
d cap. Felicis de pœn. lib. vj.
e c. vt not. de ... ſti, c. licet de pr... in c. dilecto, c. vbi maius de elect. in. vj. ca. Romani eo. ti.
f iuxta not. ca. antiqua de priuileg. c. quā gra... ui de crimi. fal...
g c. vbi maius ... fundamenta de elect. lib. vj.
h ca. vbi maiu... de elect. c. felic... de pœn. li. 6. notat. Hoſtien. ca... clerici de vita et honeſt. cle. in ... fœminæ. 30. q ...
i vt notat glo. in. ca. excōicat... de officio lega...
k 93. diſ. c. nōnulli, ibi gl ia. lib. d... cōſ. in tit. de Car... et Patriar. f. 3... colu. 1. lit. d. ... ver. itē car. ibi habēt ornatū equorū et veſtes pręcioſas ſicut Imp. ... legat te. in c C... ſta. 96. diſtin. e... loci. fo. 39

etat, nulla ratione habita Cardinalium perſonæ, fuerint etiam monachi,
el religioſi, dum vltra mare in legatione verſantur; citra mare autem exi-
entes habitum non mutant, ſed aliis de quibus ſupra, & infra dicemus
tuntur. ᵃ Curant præterea noſtris temporibus, cum ad ædes pontificias
roficiſcuntur, ſiue equeſtres, ſiue pedeſtres eant, deferri ante ſe cory-
ium, in quo veſtes alias habent, quibus indui poſsint, vel propter pluuias,
alores, vel alia de cauſa, neque hic mos antiquus eſt, ſed patrũ memoria in
.o. aula illatus; Cardinales omnes etiam præmittunt in itineribus ſuis ap-
aritorem vnum, cum claua argentea, ad inſtar regum, quod quidem tan-
um licet Cardinalibus legatis (vt appellant) ex latere, vetuſto more. ᵇ Con-
edunt Cardinales venias (ſeu malumus, indulgẽtias) Epiſcoporum omnes,
naiores etiam; aſsignant. n. vltra formam, dies centum ᶜ propria vero inſi-
nia peculiaria ſingulorũ triũ ordinum, de quibus diximus egregia ſunt,
ed imprimis illa præclara, quæ Cardinalium Epiſcoporum ſunt, quoniam
Metropolitani auctoritatem Pontificiam habent in interregno Pontificis
& in noua eius electione, dedicationeq; iure proprio auctoritatẽ exercẽt,
t expreſsæ notatur. ᵈ Atque Epiſcopi Cardinales omnes pallium gerunt vt
upra diximus. ᵉ & proculdubio primas obtinent honoris, excellentiæ, & di
nitatis in ſacro collegio; Cardinales vero Præsbyteri etiam vtuntur Ponti
iciis ornamentis, in diuinis peragendis initiant ſacris, benedicunt de mo-
e, ſicut Epiſcopi ſolent, ᶠ Diaconi aũt Cardinales licet ſacra non faciãt, nec
enedicant, cætera tamen inſignia Pontificia, & dignitates aliorũ Cardina
ium in tertio ſuo ordine habent; nã vtuntur diedemate, dalmaticis etiam
liquando, & à ſummo Pontifice pallia recipiunt, ſuntq; vna cum cæteris
Cardinalibus vnũ corpus cũ D. Petro. Itaq; auctoritate Pontificis à nouis
Patriarchis, & Epiſcopis ſolemnia exigunt iuramenta. ᵍ Cum autẽ ſummus
Põtifex publicè, per ciuitates, & loca iter facit, vbi populus turbaq; cõfluit
æpius, Diaconi etiam Cardinales cum baculis gratia arcendi concurſum,
& præparandæ viæ, qua Pontifex tranſire poſsit in quacũq; ditione fuerint,
lenam habent auctoritatem animaduerſionis etiam, ſummumq; ius exer-
ent D. Prothomartyris Stephani, atq; aliorum Diaconorum, qui ab Apo-
tolis electi fuerunt, vt CHRISTI fidelibus miniſtrarent, ʰ atque hoc offi-
io funguntur Diaconi Cardinales vbiq; Chriſtianorum.

DE AMPLITVDINE DIGNITATIS CARDINALATVS, POST *ſummum Pontificem in Sancta Romana Eccleſia.* Cap. VI.

IN SANCTA DEI Eccleſia catholica poſt Pontificem, primũ
obtinent gradum honoris Cardinales, etenim CHRISTI vi-
cem gerenti apud omnes in functione ſummi ſacerdotii cõ-
tinuè aſsiſtunt; auditoreſq; ſunt in rebus gerendis, principes
conſiliarii,

conſiliarii,& Romanæ Eccleſiæ in omnibus negociis maioribus præſto eſſe debent, ſicut fuerunt Apoſtoli D.Petro, cùm eſſent vnum corpus cum eo, ideoq; unà fuerunt poſt CHRISTI aſcenſum ad cœlos, uſq; ad ſpiritum ſanctum, in quo ſtatu cõſtat ipſos ſolos in vniuerſa eccleſia Cardinales electos fuiſſe diuino cõſilio, in ipſis eccleſiæ primæ initiis. Vnde non immeritò Hoſti.& Cardi. & Ioan. And. dixerunt[a] nullam dignitatem, poſt Pontificiam, maiorem cardinalatus exiſtere, quoniam ipſi Cardinales cum Rom. Pontifice orbem terrarum diiudicant.[b] & propterea ab eo fratres vocantur in eorum collegio, & ex maxima conſuetudine eorum, rerumq; incidentium communione cum Pontifice, pars corporis ipſius ſunt, tùm propter ſtatum Apoſtolorum, tùm etiam propter conſuetudinem vitæ, quàm cum ipſo habent in adminiſtranda vniuerſa eccleſia. Itaq; quoniam participes ſunt prærogatiuæ ac dignitatis Pontificiæ, & ſtatus Apoſtolorum, meritò in vniuerſo orbe excellunt, præſtantq; dignitate Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, atq; omnibus cuiuſcunq; generis ſacerdotibus.[c] Quæ quidem omnia, tàm veteri teſtamento, quàm CHRISTI Euangelio comprobari poſſunt, diuinitùs inſtituta fuiſſe, atq; per veterem Chriſtianorum conſuetudinem. Nam in lege veteri, qui apud ſummum ſacerdotem eſſent pro munere ſuo, in adminiſtrando ſummo ſacerdotio Cardinales iam tùm fuerunt, licet aliis diuerſisq; nominibus appellaretur. Ecce.n. in antiquis Hebræorum ritibus, Leuitici ſacerdotes nuncupantur, ad quos expreſſa DEI inſtitutione, omnes ex fide viuentes populos Iſraelis confugere oportebat, ſi quod difficile, aut ambiguum illis accidiſſet,[d] translato poſtmodum à Iudæis ad gentes ſacerdotio, CHRISTI Eccleſia illos Cardinales vocare cœpit, qui ſummo Pontifici adiutores eſſent, cum is ſumma auctoritate omnibus præpoſitus ſit,[e] in perſona Petri, cui dictum eſt, Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ &c. is eſt ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, iudex viuorum, & mortuorum cõſtitutus à Deo, vt expreſſè decidit Innoc. Papa.[f] Vocantur etiam Cardinales in prima eccleſia anteceſſores, cum Apoſtoli eſſent, teſte Paulo.[g] Poſt miſſionem deniq; Apoſtolorum ac prædicationem gratiæ per CHRISTVM, & inchoatam Romanam ſedem in Vrbe, Petrus cõſiliarios, atq; adiutores ſibi Cletum, & Linum in adminiſtratione ſummi ſacerdotii aſſumpſit. Poſt obitum verò Petri, aliorumq; Apoſtolorũ, & Romanorum Pontificum, qui ſanguinem pro CHRISTO effuderunt, ceſſante furore perſequutionis Chriſtianorum D. Syluester Pontifex factus, maiorũ veſtigiis inhærens, in eccleſia quinquaginta tres viros inſtituit, quibus Cardinalium officia demandauit, conſiliarios appellans, vt vna ſecum Chriſtianæ conſulerent Reipub. Ita eos in perſona Theodoſii viri eloquentiſſimi D. Gregorius appellat.[h] Ita etiam fuerunt nominati in canon. edito,[i] Romana paulò poſt eccleſia, vt fidem CHRISTI dilataret in eminenti illo ſuo gradu

[a] in. c. dilecti in. 1. de præb.

[b] Textus in. per venerabi §. rationibus q fil. ſint legit.

[c] c. fundame de elect. cap. maius eod. ti in vj. & ibi A & Io. mo. in c pro humani homi. lib. 6. ſtien. in q. c ex eo. de pœn remiſ.

[d] Vt Deute nom. xvij. c.

[e] Vt Matth.

[f] in c. per venerabilem, qui fint legit.

[g] Ad galat. 2

[h] in q. c. eccleſiaſticis xii. q. i. Pelagius in c. rochia. 16. q.

[i] in conc. aut ca. conuenientib 1. q. 7.

gradu diuinitus conſtituta, coadiutores, atque cooperatores nominauit, vt expreſſe tractatur.[a] Itaque quatuor his temporibus Cardinales quatuor nominibus appellati fuerunt. Primo in Hebræorũ legibus ſacerdotes Leuitici. In nouo teſtamento anteceſſores Apoſtoli; tertio loco, conſiliarii Cardines Pontificis.[b] Olim inquit in quacunq; eccleſia primi ſacerdotes, dicebantur Cardinales.[c] Poſtremo à D. Syluestro, vſq; ad hanc ætatem Cardinalium nomen ſeruant, illis ab eccleſia inditum, ſicuti diximus propter dignitatem illorum ampliſſimam in vniuerſa eccleſia.[d] huic tam eminenti Cardinalium dignitati accedit conſuetudo, longiſſimi temporis in eccleſia, cuius memoria in contrarium non extat, quod Cardinales poſt Rom. Pont. ſemper obtinuerunt, & obtinent in toto orbe primas dignitatis, & honoris, quæ quidem generalis conſuetudo, ſuffragiis omnium comprobata, non modò legis vim habet, ſed legẽ vincit, illam ſanè quam poſitiui iuris apellamus.[e] Omnes enim dignitates eccleſiaſticas, ſacri canones ex conſuetudine cenſeri & nominari volunt, & ex ea plenam probationem accipere.[f] Conſuetudo igitur eccleſiæ facit quem eſſe, & exiſtimari in maiori dignitate, qui alias non eſſet, vt not. Inno. & Io. And.[g] Et cum de dignitate maiori, de iure diſputatur, inſpicienda eſt conſuetudo eccleſiæ, vt not. Io. And.[h] Epiſcopi itaque, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, licet in eccleſia maiores ſacerdotes exiſtimentur, & ſummi Pontificis fratres vocentur, qui ſe ipſum Epiſcopũ nominat.[i] Epiſcopatus, ſeu Pontificæ dignitatis ratione, quæ in eccleſia non ſolum dignitas eſſe cenſetur, ſed maxima omnium dignitatum;[k] et vt Dionyſio Areop. placet de eccleſiaſtica Hierar.[l] epiſcoporum ordo proximior Deo ſit ſummus, & poſtremus omnium honorum in eccleſia, quoniam vno hoc ſpeciali ordine ornatus, omnis eccleſiaſticæ hierarchiæ perficitur, & quo ad curam ordinis præcipuam, & quo ad Chriſtianæ Reipu. adminiſtrationem, circa actiones ſpiritus, & promotiones ad ſacros ordines, atque dedicationes, nec ſit vlla dignitas maior Epiſcopi.[m] Attamen omnes, & quicũq; Cardinales, tam Epiſcopi, quàm Præsbyteri, & Diaconi, cunctis Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis excellunt, interq; omnes omnium dignitates, Cardinalatus ſplẽdor elucet, ratione ſtatus Apoſtolorum, quem collegium iſtud honeſtiſſimum refert: in quo quidem ſtatu, ipſi Cardinales vna cum Pontifice reſident, adminiſtrando eccleſiam omnem, ſumma auctoritate, & poteſtate: In arduis uerò negociis incidentibus, nil ſine conſilio, atq; conſenſu Cardinalium ſummus Pontifex agere debet, quò felicior, & beatior ſit Chriſtiana Reſpu.[n] Præcipua itaque dignitas, poſt Pontificem in eccleſia Cardinalium exiſtit.[o] Atque hæc dignitas, & auctoritas tributa eſt Cardinalibus à CHRISTO ſummo Paſtore. Inno. PP. iuil. p Omnemq; cœleſtis, & humani iuris imperium, illis creditum eſt.[q] Iidem Cardinales in eccleſia Roman. Conſularem, & Senatoriam dignitatem obtinet, ſuntq; primi poſt

Pontificem

a c. fundamẽ de elect. in his ...his, decet nã ... ipſi Ro. Põ... ci per fratres ... eccleſiæ Ro... Cardinales; ... ſibi, coadiu... es exiſtunt.
b Diſt. xv. q. 3. ... c. ſacro... in epiſto... claues. C. ... ſum. trinit. & ... cat.
c Vt diſt. 23. c. ... esbyteri. 71. ... c. firmitatẽ ... c. paſtoris 12. q. 1. c. rel...
d c. licet de elec. ... uenerabilẽ ... fil. ſint leg. ... quanto de ... ſuet.
e ... quia non... lis de cleri. nõ ... id.
f ... c. de multa præben. circa ... em.
g In c. delibera... ne de off. le... lib. 6.
h ... quàm gran... de. crim. fal.
i Diſt. 22 c. in ... q. 22. c. 1. cle... en. ... ſi quis §. ... ſuper hoc de ... en. in 6. ... c. 5.
k Vt not. in c. ... otiens 1. q. 7. ... priuil. c. anti... a, & Io. And. ... procem. 6. li. ... de. epiſcopal. ... ci fundamẽta. ... de elect. ... ad Apoſtolicæ ... in 6. ... ibi not. Ar... ii. & Ioan. An.

Pontificem, conſules, ſenatores, & principes ſeculi.[a] Decet ideò maiori illos auctoritate fungi, qui inter Chriſtianos maiorem obtinent dignitatem.[b] Præterea Clemens Pontifex Sextus, natione Gallus, patria Lemouicen. vulgauit hac de re ſpecialem conſtitutionem expreſſam propria auctoritate, in qua mandat, ne in CHRISTI Eccleſia vlla maior Cardinalatu dignitas exiſtimetur,[c] quam ſententiam D. Auguſtinus confirmat, cum ait. Quanquàm ſecundum vocabula, quæ vſus obtinuit Epiſcopus ſit maior Præsbytero, tamen Auguſtinus eſt minor Hieronymo Præsbytero Cardinali. vt amplè per Ioannem Viguer. lib. Inſtitut. ad Chriſt. Theo. c. de ſtat. eccle. fol. 224. in fine pag.

in c. legati de of. legat.
o vij q. I.
p in. c. licet de foro compet.
q c. omnis. 22. diſt.

a c. Conſtantinus. 96. diſ. not. Archi. Io. mo. & Ioan. An. in. c. legatos de officio leg. lib. 6.
c not. Io. Andr. & Archi. c. quanquam. 2. q. vij.

DE OFFICIO GENERALI DD. CARDINALIVM. Cap. VII.

GENERALE officium Cardinalium in vniuerſa eccleſia eſt, magna fide, & ſumma conſtantia incumbere in adminiſtrationem Chriſtianæ fidei, amplificationem, & pacem ad DEI Optimi Maximi gloriam: pro veritate, atque iuſtitia, res ſacroſancti ſenatus omnes gerere, ad communem vtilitatem Eccleſiæ catholicæ, ſacra facere, concordiam, atque pacem inter Chriſtianos omnes ſeruare, continuè ſummo Pontifici adhærendo, qui CHRISTI vicem in terris gerit, dum in ſede catholica Petri reſidet, de more creatus, cui liberè Cardinales conſulere debent, eumq; admonere de cunctis vtilibus, neceſſariisq; negociis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quantum in ipſis eſt ueritatem inquirendo, iuſtitiam, æquitatemq; continuè præ oculis habentes, amota adulatione omni, tanquam veri Cardines Eccleſiæ DEO accepti. Præterea ſi Pontifici aliqui Cardinalium applaudunt, non eſt profectò è dignitate, atque officio eorum, & periuri ſtatim haberi debent, immemoresq; illorum, quæ polliciti ſunt, cum ad tantam dignitatem eleguntur. Iidem turpiſſime delinquunt, cum animum, aut ſtudium ſuum ad aliud applicant, quàm ad ſummi DEI honorem, & Chriſtianæ fidei amplitudinem, fœlicitatem, ac pacem totius Eccleſiæ, & neceſſariò his vinculis alligantur propter illorum dignitatem, nec vlli parcere debent labori, nihil iactura rerum æſtimanda eſt, ſed potius diſcrimen ipſum vitæ ſubeundum, ſi aliter commodè fieri nequeat, cum diſpendio etiam propriæ ipſorum facultatis.[d] Ex officio Cardinalium eſt etiam, honeſtis moribus, & integritate vitæ adeò elucere, vt tanquàm lumina quædam ſint, & exemplum omnibus præbeant manſuetudinis, bo-

d vt. 22. diſ. c. r. 82. diſ. c. ſi quis, de elect. c. fund. de officio leg. c. I. & 2. clem. c. ne Rom. cum ibi not. de elect.

nitatisq́ʒ, ſit conſuetudo illorum iucunda, efficiant vt verè Cardines appellentur Chriſtianæ Eccleſiæ, & columnæ illæ præcipuæ dignitatis, ſupra montem poſitæ; inceſſus denique, ſtatus, veſtitus talis ſit, vt admoneat Chriſtianos homines ad rectè agendum. Quid enim perniciofius? quid quòd magis Deo diſpliceat, quàm quos docere debeas, tu ipſe prauo exemplo ad malum allicere? Quanti refert cum dignitate in eccleſia polleant, ſi eidem vitæ præſtantia conuenerit? mirum ſanè eſt, quantum omnium oculi illos, qui præſunt reſpiciant, ſanctiores cæteris eſſe debent, qui primum honoris locum poſt Pontificem obtinent, & veluti Dii quidam venerantur, cum deſeruiant Romanæ Eccleſiæ, quam ſine labe ad hanc vſque diem Christvs eius autor ſeruauit.[a] Nec vlla alia indigent probatione, quàm morum, atque virtutis, ideòque in iure pro Cardinalibus ſemper præſumitur, nec quiſquam eorum ad iudicium, vel teſtimonium facilè admittitur,[b] & illorum dictum veritas exiſtimatur: teſtimonium itidem eorum ab omnibus Chriſtianis recipitur vt approbatum.[c] Propterea verbum cuiuslibet Cardinalis debet eſſe perfectum, conſtans, & omni reprenſione carere, plenum prudentia, & charitate erga Devm, atque proximos. Nam cum in iudiciis fidem faciat, & ipſi Cardinales præcæteris hominibus poſt Pontificem a legibus ipſis comprobentur, videndum eſt, ne hæc illis tributa fides fallat homines in pertractandis Eccleſiæ negociis, quæ ad ipſos pertinent.[d] Rurſus ipſorum intereſt diſſenſiones, bella, ſimultates, inter homines componere, reque ipſa efficere, vt perpetua pace Chriſtianus fruatur populus: quarum rerum ſemper ſummum Pontificem commonere debent, atque interpellare, ſi quid contra moliatur; nam cum ipſe Paſtor Christi fuerit inſtitutus, quid aliud eum curare oportet, quàm ſanctiſſimum illud pacis nomen, quam Christvs nobis relinquit? Legationes itidem, quæ illis a Pontifice Chriſtianæ fidei cauſa mandatur, libenter obire, & vigilantiſſimos vniuerſo collegio ſe in illis præbere debent, neque labori, aut proprio ſumptui, aut gloriæ parcentes, vt inter Chriſtianos omnes eluceant, tanquàm lumina quædam extinctis cæteris, illorum ſanctitas, atque vita, & ſtatus ille ab omnibus collaudetur in vniuerſa eccleſia.[e] Neque illa quæ diximus munera vllo modo ſubterfugere decet Cardinales, aut metu, aut gratia aliqua populari, aut vlla cupiditate adducti, quin omnia è dignitate agant.[f] Pro comperto habentes eorum humeris niti vniuerſa Christi Reſpublica, verbo Dei præpotentis, qui in ſolio recti iudicii ſedens, cum nox aduenerit,

[a] 21. diſt. c. epiſcopatus 23. diſt. in nomine do mini in gloſ. ... er verbo g... ...
[b] c. nouit cum ... not. de appel. per Hoſt. c. ad apoſtoli de re iudic. & ... not. Ioã. mo. ... glo. 1.
[c] c. nouit de ap ... ell. ibi Hoſt. c. quamuis de offi. Arch. de hæ... c. ſuper eod. ... ã. mo. de re iu... c. ad Apoſtolo. ... lib. 6.
[d] c. 1. & 2. cum ... not. ab Arc. Ioan. mon. & ã. Anan. de of ... io leg. lib. vi. ... ſe. par. 1. de of ... io leg. Hoſti. ſum. eod. tit. ... in c. vbi ma... lib. 6. ... c. fundamenta ... decet de elect. ...

nerit, benè, aut malefactorum ſententiam laturus eſt; Tunc enim ratio reddenda erit, non modò de rebus, ſed mehercule de verbo etiam ocioſo, tùm ſimulationes, doli, & negligentia omnis noſtra apparebit, & in primis illorum qui aliis exemplo eſſe debent, rectè agendi: quare videant Cardinales, ad quos hæc ſcribimus, vt ſumma clauium poteſtate Rom. Pontificis, cuius ipſi conſiliarii ſunt permiſſa, rectè vtantur.[a] Pontifice vita functo, præcipuum Cardinalium officium eſt, vt libera electione, nouum ſufficiant CHRISTO Paſtorem, Eccleſiæ Romanæ, atque vniuerſæ principem, quòd profectò, quo citius, & ſanctius poſſunt curare debent, penitus abhorrentes ab omni munerum corruptela, amore, ſpe, cupiditate, metu, aut quauis animi ſolicitudine prorſus exuti, magna humanitate ad id muneris accedentes, quòd ſi ſecus fecerint peccatum æterna dignum pœna, atque maledictione diuina admittunt, luentq́; facinoris huius pœnam corpore animoq́;.[b] Ad Cardinales etiam pertinet inuaſorem Romanæ ſedis Pſeudopontificem conſortio hominum, atque conſuetudine priuare, eiq́; qua ſolemnitate licet maledicere.[c] Quoties autem ſtatus eccleſiæ vniuerſus, vel propter obſtinatas hæreſes, vel propter perſonam ad Pontificatum euectam perturbatus extiterit, ſeditionesq́; & damna impendent, tunc maximè Cardinalium eſt, mente, atque cogitatione totos intentos eſſe, quo pacto grauis hæc oborta procella ſedetur.

a c. fundamenta §. decet lib. 6. c. ad Apoſtolicæ, c. ſententiam in fi. 25. q. 1. c. ex ore de priuileg. c. ad ſuſcindendis de ſciſm. c. felicis, de pœn. lib. 6. clem. ne romani de elec. c. paſtorali, de re iudic. cum ibi not. Card. Camerac. de eccleſ. poteſt. par. 1.

b 23. diſt. c. in nomine domini de [illegible] c. vbi maius [illegible] lib. 6. clem. ne Romani de elect. cũ ibi not. in gloſ. ordin. Innocen. Hoſt. Card. Ioã And. Ioan. lign. Archi. Ioan. monac. & Zenzelinus; & in canon. 79. diſt. per totã c. fons eſt. c. Cornelius. 7. q. 1.

c 79. c. ſi quis cum ibi not. per gl. & Archi. in roſario.

d vt acto. 1. c. 2.

DE PRIVILEGIIS DD. CARDINALIVM.

Cap. VIII.

MVLTA Cardinalium ſunt priuilegia iure communi, & conſuetudine, quibus communiter, priuatimq́; vtuntur. Primũ eſt, quòd vbi Cardinales electi ſunt, efficiuntur filii Rom. Eccleſiæ.[d] Secundùm quòd ſummi Rom. Pont. fratres ſunt, & in exequutione ſummi ſacerdotii coadiutores eius exiſtunt.[e] Tertium eſt, quòd cum eo ſummo paſtore vnum corpus exiſtunt, cuius in adminiſtratione rerum membra ſunt.[f] Quartum eſt priuilegium, quòd ex conſuetudine vitæ inſeperabili, & communicatione negotiorum, quæ gerũnt cum ſummo Paſtore ei conſulere debent, quòd ſumus Pontifex etiam declarat, eos in ſermone, atque literis fratres appellans, in ſpecie inquit, cum loquitur Epiſcopos Cardinales, fratres vocat, Præsbyteros verò, & Diaconos Cardinales, dilectos filios, videlicet ratione habita Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ſponſa ſummi Paſtoris nuncupatur, nec poteſt,

e c. felicis de pœ. in 6.

g c. fundamẽta §. decet nanque de elect. lib. 6.

h c. fundamẽta de elect. de off. lega. c. officii de pœn. c. felicis. li 6. Io. And. Hoſt. & Ioan. monac. ibidem.

ſanè amitioribus nominibus, aut dignioribus illos appellare.[a] Quintum eſt priuilegium, quòd ipſi Cardinales omnes, & quicunque patritii ſunt, hoc eſt Conſiliarii, adiutores, & rectores ſummæ Reipublicæ ſocii Pontificis, Patres conſcripti in thyara Pontificia.[b] Cuiuſmodi Romæ ſenatores erant ante CHRISTI aduentum aſcripti in diademate ſacri imperii.[c] Sextum obtinent priuilegium multò latius, atque vberius, quo non ſolum in Rom. Eccleſia, ſed in toto orbe terrarum vtuntur.[d] Duodecim autem capita complectitur, quorum primum eſt, honor, ac dignitas ipſorum, quæ quinque habet partes, harum prima ad DEVM pertinet, quoniam in Eccleſia ipſi inſtituti ſunt Cardines, vt Cardinum officio fungantur, orbemq; regant à CHRISTO redemptum, doceant homines verbis, atque exemplis, nec huiuſmodi officio defatigentur oportet; ſed ad mortem vſque ſe continuè in eo exerceant, propterea enim Cardines nuncupantur, iiſq; maiores, quàm cæteris omnibus habentur honores (Pontifice ſemper excepto.) Secunda, collegium Apoſtolorum reſpicit, quo in ſtatu DEI inſtituto, in eccleſia ad eam regendam, atque ornandam ipſi ſuccedunt, quibus concorditer coactis, duce charitate, auſpice amore illo, quo CHRISTVS nos fratres proſequi docuit, præclara à DEO optimo maximo munera accipiunt, quibus tanq; igne quodam incenſi elucent, resq; vniuerſas adminiſtrant, quare hæc etiam non parua cauſa eſt illorum honoris. Tertia cauſa eſt, propterea quod ad illam dignitatem ſunt euecti, vt tanquam diligentiſſimi cuſtodes Diui Petri, ac Pauli limina tueantur, atque obſeruent, omnes prætere a vicem gerunt Diui Pauli Apoſtoli, eiq; ſucceſſerunt adhærendo ſummo Pontifici in adminiſtratione eccleſiarum omnium. quare cum neceſſariò debeant pro Chriſtianis omnibus in negocio verſari, quid mirum, ſi maiores honores conſequuntur in teſtimonium laboris, atque officii. Quarta ratio perſonam ſummi Pontificis reſpicit, qui verè CHRISTVM viuentem, Paſtorem omnium in ſede Petri nobis refert, cui continuè ipſi Cardinales conſulunt pro ſalute, ac pace omnium Chriſtianorum. Quinta ratio ad vniuerſam ſpectat eccleſiam, in qua cum ſumma dignitate principes exiſtunt, atque omnibus inſignioribus titulis, in diplomatibus (bullas vocant) & literis Pontificiis nuncupantur, atque his rationibus Innocent. Pont. IIII.[f] Fratres ſuos Cardinales, ſicut honoris amplitudine fruuntur, ita ſe voluiſſe eos ampliſsima auctoritate fungi teſtatur. Secundum eſt caput illorum honoris, quia dignitatem ſacræ congregationis Apoſtolorum in eccleſia retinent. Tertium caput honoris eſt, præſtantior gradus in eccleſia, vt diuerſi Romani Pontifices auctoritate ſua ſæpius conſtitutionibus decreuerunt. Quartum quod illis licet maledicere cuili-

bet ſummum ſacerdotium iniuſtè inuadenti, eumq; auctoritate omni exuere. [a] Quintum eſt, quod ipſis adminiſtrandæ totius Chriſtianæ Reipub. onus incumbit, cum primi in Eccleſia ſint poſt Pontificẽ: [b] ideo præcipuis honoribus digni ſunt. [c] Sextum eſt ſublimitatis. [d] Septimum præſtantioris creationis, quia ab vno Pontifice eliguntur, quæ electio diuinum opus vocatur. Octauum caput, quia digniorem neminem agnoſcunt præter ipſum Pontificem, ſiuè res quæ ad ſpiritum, ſiuè quæ ad corpus pertineant reſpicias. [e] Nonum eſt caput reſpiciens ſtatum Hierarchicum, quia poſt Pontificem in Eccleſiaſtica Hierarchia primi exiſtunt, ſicuti poſt DEVM ipſum ſunt Cherubini, & Seraphini in cœleſti ordine. [f] Decimum caput honoris eſt, propter illorum conſilia primaria, quibus Pontifex vtitur. [g] Vndecimũ, quoniam in rebus dificillimis ad eorum conſilium ſummus Paſtor confugit. [h] Duodecimum eſt, quoniam ad ſolos Cardinales eligere Pontificem pertinet, atq; ob hanc cauſam maximo honore digni ſunt cenſendi, ſicuti illi præcæteris æſtimantur, qui poteſtatem habent Imperatoris eligendi. [i] Huc etiam pertinet futuri Pontificis ratio, quando quidem Cardinales omnes ad ſummum Sacerdotium idonei exiſtimantur. [k] Septimum Priuilegiũ Cardinalium eſt, quòd Senatores ſunt Clariſsimi, Romaniq; Senatus auctoritatem omnem in ſe retinent. [l] Octauum eſt, quòd ab omni vinculo patriæ poteſtatis Cardinales electi, ſtatim liberantur; [m] Neq; enim eum decet, qui filius Almæ Matris Eccleſiæ effectus eſt frater, adiutor, atque conſiliarius CHRISTI vicem in terris gerentis, patriæ adhuc poteſtati ſubiacere, quòd ſi Epiſco. dignitas à Patria poteſtate liberat. Auth. ſed hodie. C. de Epiſco. & cleric. quanto magis Cardinalẽ decet omni patriæ poteſtatis vinculis eſſe ſolutum? cũ ipſa dignitas multo maior ſit patritia, & conſulari, [n] argumẽtum autem à minori in iure admiſſum eſſe nemo ignorat. [o] Nonum eſt priuilegium, quòd verbis Cardinalium ſolis fides adhibetur, veluti oraculis viuæ vocis, in iis rebus, quæ à Pontifice ſe habere dicunt. [p] Decimum eſt, quoniam ipſis tantùm Pontifex mandat legationes quas à latere appellant, non autem minores. [q] Vndecimũ eſt, quòd tantùm Cardinalibus cum legationibus tranſmare funguntur, Pontificiis inſignibus vti licet, quæ ſunt Crux, Palliũ, Purpura, Calcaria ex auro, Linea veſtis, & alia, etiã ſi Monachi, vel cuiuslibet alterius cõgregationis fuerint. [r] Duodecimũ, quòd ſoli Cardinales quibus legatio eſt demandata, vbi ex æde Pontificia ſunt egreſſi, vbiq; occurrentes excommunicatos manu impoſita abſoluere poſſunt. [s] Tertium decimum, quòd ſoli Cardinales, qui legationem obtinent, vacantes eccleſias, quæ ad Pontificem pertinent, quibus viſum fuerit, cõferre poſſunt. [t] Quartum decimum, quòd domus Cardinalis vbicunq; fuerit, immunitate potitur eccleſiæ, omneſq; ibi confugientes tuti, & illæſi eſſe debent, neq; iure vllo extrahi poſſunt, ſicuti neq; ab eccleſia vel domo Pontificis, Imperato-

a c ſi quis pe[cunia] lxxix. di[st.]
b c. fundame[n]ta de elect.
c c. quanto d[e] transla. l. ſemp[er] ff. de iur. immu[n]nit.
d c. de multa verſ. circa ſubl[imitatem] depræb. & in ex[trau.] execrabil[is] in verbo ſubl[i]mitatem eod. ti[t.]
e c. 1. de ſciſm[ate] lib. 6.
f c. fin. diſt. [...] de pœn.
g c. fundame[nta] de elect. & i[...]
h c. per vener[a]bilẽ qui fil. ſi[nt] legit. c. 1. de o[ff.] lega. in 6.
i Ioan. And. [in] clem. paſtora[lis] de re iud. cle[m.] ne Romani [de] elect.
k c. oporte[t] in fine. diſt.
l c. Conſtan[ti]nus 96. diſt. n[...] expreſse Inn[oc.] in c. cum te[...] re indi. c. ec[cle]ſia 16. q. 1.
m Inſt. qui[bus] modis ius [patriæ] po. ſol. §. fil[ius] l. fin. C. de cõ[ſ.] li. 10. Ant. cõ[...] quæ de digni[tate] generaliter c[...] 6. not. in gl. [...] ſti. extraua. q[uæ] incipit execr[abi]lis, in verbo [ſu]blimitatis c[...] fin.
n C. de conſ[...] fin.
o c. cum in [cun]ctis de ele. a[...]

ris, Regis, aut Epiſcopi alicuius, quod hodie conſuetudo communis obſeruat à iure ſcripto nil diſcrepans.[a] Obtinuit vſus etiam, vt quicunque Cardinalis priuatum habeat carcerem ad puniendos domeſticos, ſicuti collegia aliqua inferiora, capita quædam aduerſus Epiſcopos ſuos obtinent, atque vtuntur.[b] Decimumquintum priuilegium eſt, quod ſi quis Cardinalem hoſtili animo inſequatur, trigintaſeptem atrocioribus pœnis ſecundum leges plectendus eſt, quas omnes non patitur qui ſuum Epiſcopum iniquo animo fuerit proſequutus.[c]

De titulis singulorum DD. Cardinalium. Cap. IX.

Vetus Patrum traditio, Rom. Eccleſiæ conſuetudinem præbuit, ſingulos ex Cardinalibus propriis titulis, atque nominibus appellare. Itaque quoſdam extra vrbem Epiſcopales nuncupauit, reliquos verò tam Præsbyterorum, quàm Diaconorum in Vrbe certis, atque ſingularibus Eccleſiis eſſe voluit, ab iiſdemq; Cardinales denominari; Neq; propter hanc titulorum nominationem cenſendi ſunt Cardinales alio iure eſſe, quàm illi, qui incertos habent titulos, ſed omnes ſunt, & nominatur Cardinales Romanæ Eccleſiæ.[d] Omnes verò Cardinales Præsbyteri, & Diaconi in ſuis Eccleſiis, iiſu'c, quæ ad illos pertinent in Vrbe, Epiſcopi ius habent.[e] Cardinali, quemcunque habeat titulum, ſiue Epiſcopi, ſiue Præsbyteri, ſiue Diaconi, omnes, qui CHRISTI fidem ſequuntur honorem exhibere debent,[f] quis enim illos non colat, atque veneretur, qui dies noctesq; Chriſtianæ Reip. inuigilant cum ſummo Pontifice? Quare meritò poſt ipſum in honore ſummo eſſe debent.[g] Nam ſicuti diximus, in Eccleſia Romana vicem gerunt Senatus illius, qui toto orbi imperauit, quod voluit D. Hieronymus cum ad Ruſticum monachum ait. Eccleſia habet Senatum,[h] quod Pontificem pudere non oportet, ſi inter Cardinales connumeretur, quorum ipſe princeps eſt, & tanq; Imperator in numero Senatorum, ſeipſum connumerat.[i] Cuiusq; rei ſignum eſt, nam in obitu Pontificis, Pileus ex purpura in ſepulchro eius pingi ſolet, eò quòd Cardinalium ſit caput, omnium pater, atq; optimus eorum Princeps. Igitur cũ habeat ſinguli Cardinales in ſuis Eccleſiis, & titulis idem ius, quod Epiſcopi habent, ibi ordinarii exiſtunt iudices cũ mero, & mixto imperio in quibusli bet cauſis, adeò vt cognitio illorum omnium, quibus aliqua dignitas defertur, ad illos pertineat, videlicet vt perſona idonea eligatur, ſiue Eccleſia curas habeat, ſiue minus, etiam Pontifice præſedte; Eccleſiæ etiã illæ omnes Cardinalibus parere debent, atque honorẽ debitum exhibere, ad

molto magis C. ſacroſanct. eccl. a cap. nobiliſſimus 97. diſtinc. cap. excommunicati de off. lega. c. officii eod. titulo.

b c. antiqua de priuilegiis.

c c. excommunicati de officio legat.

d c. venerabilis de præben. not. Io. An. in c. officii in gloſſ. ord. n. 6.

e l. r. & l. p̃ e… C. de ſſ ni. d eccl. c. … Conſtantinus. 17. q. iiii.

f c. irrefragabile de offi. ordin. cap. Felicis & c. ſiquis ſuadẽte pœn.

g not. hoſt. in ad liberãdũm … ſud. Ioan. An. clemẽ. ne Romani in gl. ord. verb. cætum elect.

h not. Ioan. mo. in c. epiſcopi … ſede de maiore obedi.

i c. à ſubdiacono … xciii. diſtin. bene a Zeno C. de qua… en. præſcrip. c. eccle. xvi. … Innoc. ca. cũ de re. iudi. cla … s in ca. ſacroſancta. xxii. diſt. not. in l. ius … rorum. C. digni. lib. xii.

quos etiam pertinet inſtituere Eccleſiarum Rectores,ſi qui defecerint,integrumq; ipſis eſt omnino de illis diſponere,corrigere,& inſtaurare;perſonas,locosq;,animaduertere in quoſcunque delinquentes, ſiue ditionis Eccleſiæ fuerint,ſiue alterius principis. Habent enim ſicuti dictum eſt abſolutam iuris dicendi poteſtatem,ciuilium contractuum, actionum, atque obligationum,iura,poſſeſſiones ſuorum titulorum,& cæterorum,quæ ab huiuſmodi Eccleſiis pendent; ſacra itidem omnia,quæ ad veros Epiſcopos ſpectant facere poſſunt Præsbyteri Cardinales.Diaconi autem Cardinales, ſi per alium hæc agere voluerint,vtique id poſſunt,ſi Epiſcopum aliquem ad id muneris deligant,qui ipſorum Vicariam gerat operam,iuxtà ea quæ leguntur,& notantur explicite.[a] Et hoc modo accipienda ſunt quæ not.Io. Mon.[b] Vbi de Cardinalibus,& eorum iure,quod habent in Titulis ſuis loquitur.Omnes autem Cardinales in ſuis Eccleſiis auctoritatē Epiſcopi habent,ita quòd huiuſmodi titulorum Præsbyteri, & Clerici in ipſa Eccleſia tenentur obedire, debitumq; honorem Cardinali exhibere, comitiorum tempore conuenire ad conſtitutam eccleſiam, aut colloqui cauſa, aut baptiſmi celebrandi,ſtatis anni temporibus;Cardinales vero,aut qui illorum vicem gerunt humaniter illos excipere debent. Excommunicationes quoquè à Cardinale illatas in Eccleſiis ſuæ ditionis tueri,atque ſeruare,totis viribus debent,vt expreſsē legitur.[c] peculiare eſt in quolibet Cardinali, vt Clericos quoſcunque,atque ſacerdotes in ſuis eccleſiis ſibi obedire, compellere poſſit,manualesq; operas(vt loquuntur)perſoluere,manus deoſculari ex conſuetudine, quod argumentum honoris eſt. Cæterum nemini mirum eſſe debet ſi Cardinales Epiſcoporum iura ſuis locis habent in Vrbe,cùm ipſi in Eccleſia Romana fuerint ex CHRISTI inſtitutione Paſtoris ſummi adiutores electi,omnes verò vnum corpus effecti, collegium ſacroſanctum conſtituunt ad ſummum bonum Chriſtianæ Reipub.nationū omnium perfugiū,tàm in iis,quæ corporis,quàm in iis,quæ ſpiritus ſunt, curantes publicam ſalutem, atque pacem. Itaque abſoluta illa poteſtate Petro conceſſa vtuntur,quæ per ſucceſſores eius, vſque ad diem iudicij conſtituta in Eccleſia ſeruabitur.Ex quibus ratio apparet,quid cauſæ ſit,quòd Cardinales iura Epiſcoporum obtinuerint, nimirum quoniam poſt ſummum Pontificem inter omnes Chriſtianos ſunt Pontifices maiores,itaque omnia illa facere poſſunt, quæ veri Epiſcopi.[d] Amplius etiam quibuſdam veluti vinculis detinentur,quibus profectò deuinctiſsime Rom. Eccleſiæ obſtricti ſunt, ita vt nulli alii cæterarum dignitatum homines ipſis præficiantur , & ſanè maiores ſunt omnibus Epiſcopis ſingularum Eccleſiarum, quemadmodum D. Auguſtinus teſtatur loco à nobis ſuperius citato.

a in.c. conquerente de off. or

b in.c.1.de maior obedi. lib.6

c in.c. iis quæ pro eccleſia d maior. & obed vbi not. Innocē

d xvi.q. vii. c. omnes baſilica xviii.q.5.c. monaſteria.

e Huc pertin c. In nomine d mini, cū iis qu ibi not. gloſ. Arch. xxiii. di Ioan.de Ligna in Clement. Rom Rober. S. Zola in lib de vnione eccl ſiæ, c. 4. circa nem

DE

DE IIS, QVAE DD. CARDINALES PONTIFICI MAXIMO, *præſtare debent.* *Cap.* X.

OMnes Romanæ Eccleſiæ Cardinales a ſummo Pontifice tantam dignitatem accipiũt; quare æquum eſt, vt illi pareant tan quàm parenti optimo,eumq́; ſicuti membra caput obſeruent ac ſummum ei honorem exhibeant, [a] perſona itidem propria Pape adhæreant,cui adiutores,atque conſiliarii exiſtunt.Itaque in quibuſlibet cauſis liberè ſuam ſententiam proferant,cupiditatem omnem exuẽtes,memores ſibi adminiſtrationem Chriſtianæ Reipub. fuiſſe traditam, ut præclarè ab ipſis geratur, omniq́; auctoritate in eccleſia prædíti ſunt, Christo videlicet auctore conſtituti principes omnium populorum,vt publicam continuò ſalutem ſpectarẽt,deq́; Chriſtianis omnibus eſſent ſo liciti. [b] In ipſis igitur Cardinalibus illa poſita ſunt, quæ diximus præclara, premium eccleſiæ,ſenatus ille,orbis terrarum imperium,montes ſancti,in quibus iuxtà illud pſalm. [c] conſiſtunt totius Eccleſiæ fundamenta, Cardines,ſuper quos Devs Optimus Maximus orbem vniuerſum cõſtituit, ut in omnibus terris exaudiretur doctrina Christi Pſalm.[d]Præterea integram fidem præſtare debent iis omnibus, quæ continentur, [e] & profectò neceſſe eſt, tanquam ſubiecti homines ſuo Principi, & Paſtori ex officio,& dignitate ipſorum, omninò obſeruent,optimoq́; animo cum eo,& omnes inter ſe coniunctiſsimi ſint oportet in adminiſtratione totius Eccleſiæ,uinculo illo indiſſolubili charitatis,atque pacis,neq; ullo modo Põtificem debito honore defraudare debent,aut uerbis,aut re ipſa, nec obſtinatè,aut proteruè ei contradicere,temeritate,aut ſuperbia,neque emulatione, aut inuidia alicuius obtrectatoris. Amplius præſtent quomodocunque poſsint auxilium,& operam ſuam. [f] clare etiam hoc ſtatuit Hoſti. & Io.And.[g] Romano Pontifici Cardinales ea omnia ſeruare debere, quæ ſacræ conſtitutiones iubent, atq; adeò ut maiori nexu teneantur, quàm quilibet alius cuiuſcunque generis, [h] omnesq́; Romanæ Eccleſiæ Cardinales in omnibus & per omnia ſummo Pontifici pareant, ſiue in foro pœnitentiæ, ſiue in foro iudiciali,ab ipſoq́; Eccleſiæ ſacramẽta omnia recipere debent,not.Hoſti. Status itidem omnis Cardinalium ab eo pendet.[i]Cùm vero ei deſeruiant,omnes ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprii, & peculiares filii efficiuntur,quo ad decus,ac dignitatem ipſius Eccleſiæ in primo & ſecundo gradu eccleſiaſticæ Hierarchiæ, Christi enim militiam ſequuntur,eiq́; deſeruiũt.[l] Curẽt ante omnia Cardinales neceſſariò oportet,ſi ſalutem propriam expetũt,atque enitantur pro viribus, vt Petri ſedes in Romano collocata ſolio, ampliſsimam illam ſuam libertatẽ retineat in rebus gerendis, nec vlli pareat homini, quæ Christi verbo omnibus fuit

præpo

præpoſita.[a] Quamobrem, ſi officio ſuo ſatisfacere voluerint, debent continuè Pontifici aſſiſtere, conſulere, opem ferre, affectibus ſpoliati omnibus, veritatem ſolidam præ oculis habentes, quid bonum, fauſtum, felix, fortunatumq́; ſit Chriſtianæ Reip. ſemper inquirere. Neq; abſq; iuſta cauſa debent petere à Pontifice, vt ſibi fiat poteſtas diſcedendi, multò minus id facere poſſunt venia non impetrata. Quoniã ob eam gratiam pileo purpureo donantur, vt ſemper coram ſummo Paſtore ad commodum, vtilitatem, ocium, & pacem vniuerſi orbis inuigilent, tantoq́; honore verè digni exiſtimentur.[b] In negociis maioribus conficiendis Pontifex conuocare debet Cardinales, adiutores, & conſiliarios ſuos in ſummo ſacerdotio adminiſtrando, ſacri Pontificatus aſſeſſores continuos ſpeciatim, atq; expreſſe ad hoc in eccleſia inſtitutos, vt apud Petri ſucceſſorem reſideant, & hoc pacto intelligenda ſunt quæ annot.[c] vbi inquiunt, ꝙ ſi quis credit Pontificem per ſe non poſſe illa omnia, quæ vnà cum Cardinalibus poteſt, hæreticus eſt cenſendus. Conſueuit porrò Pontifex cum Cardinalibus maturè conſiliũ de rebus capere, lites, & controuerſias dirimere, omniaq́; præclariſsimè adminiſtrare, atq; conuertere ad communem bonum, & ſummam totius eccleſiæ felicitatem, ad extirpandas hæreſes, ſectas, & diaboli ſuperſtitiones contra Euãgelicam veritatem, autoritatem omnem Pontificiam tueri, quæ quidem cunctas orbis eccleſias cõplectitur, earumq́; caput eſt, & Princeps, non ab Apoſtolis, aut aliquibus ſanctis viris inſtituta, ſed verbo DEI præpotentis electa, quare nimirum ſi maximò priuilegio eſt adornata.[d] Cuius virtute Chriſtiani omnes cuiuſcunq; generis, honoris, aut dignitatis exiſtunt ſummo Paſtori parere æquum eſt, veluti CHRISTO omnium Patri, atq; Seruatori, & ita intelligitur,[e] et ſic exponit D. Thomas in libro contra impugnantes religionem.[f]

DE VOCATIONE DD. CARDINALIVM PER D. N. PAPAM *in electionibus Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prelatorum facienda.* Cap. XI.

QVEMADMODVM ſi ad nauis clauum, quiſpiã artis imperitus adhibeatur, nuſquam tuta eſt nauigatio. Ita nihil eccleſiæ vniuerſæ pernicioſius, quàm ſi ad illius adminiſtrationẽ indigni eligantur,[g] multo etiam magis, quando Epiſcopi dignitas in non idoneũ confertur, malè vtiq́; alios docebit, qui ipſe ignorat, malè viam cæteris oſtendit, qui luminibus captus eſt,[h] & D. Aug. nihil eſſe in hac vita ait (præſertim his temporibus) difficilius, aut pericuoſius ipſa dignitate Epiſcopi, ſi perfunctoriè res adminiſtrentur.[i] Et propterea Rom. Pont. de cõmuni conſenſu Cardinaliũ collegio habito, huiuſcemodi mandat dignitates, quam conſuetudinem D. Hieronymus deſumptam

a c. fundamẽta, de elect.

b c. ubi maius, c. fundamẽta de elect. c. 1. & 2. de off. lega. not. ibi Archi. Io. mo. & Io. And. clemen. ne Romaui de elect.

c Io. And. in nouel. recitãdo. Io. mo. & alii in c. ſuper eccl. de hære. libr. vj. Ioan. Bacchon. in proœmio ſui operis de lege Chriſti euangelica. 1. q. [illegible]

d c. omnis. & S. Romana 22. diſ.

e c. oẽs. 22. diſt.

f Huc pertinet 16. diſt. c. ita dominus diſt. 19. c. in nouo diſt. 21. c. per principalem 19. q. c. quanto de tranſla. c. ad honorẽ de vſu. pa. c. maio. de baptiſm. c. per venerabilẽ qui fil. ſint legi ti. c. per humani de homic. lib. vj

g c. nihil de elec.

h c. cum in cunctis de elect.

i c. ante omnia. 40. diſt.

eſſe ex libro Leuit.teſtatur, ait enim, licet Dominus DEVS conſtituendi principis curam Moyſi demandaſſet, eumq; in principem elegiſſet, tamen conuocata eſt Sinagoga,[a] & D. Petrus quoſdam ſibi conſiliarios elegit in adminiſtratione ſummi ſacerdotii.[b] Ad cuius ſimilitudinem quilibet Romanus Pontifex Cardinales adiutores habeat neceſſe eſt, quibus cum ſingulis eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, & prælationibus conſulere debet, illas dignis, atque laudatis hominibus tradendo, honorem DEI præpotentis, atque vtilitatem populorum ſemper ob oculos habentes, hic elaborent, hic vires ſuas intendant Cardinales omnes, vt Paſtores idonei eligantur, & qui vita anteacta, gregem rapiant igne illo caritatis erga DEVM & fratres,[c] quod D. Hieronymus explicat, inquit enim nunc cernimus plures hanc rem pro beneficio habere, & reputare, nec erubeſcere, vt non quærant eos in eccleſia DEI columnas eligere, quos plus cognoſcunt in eccleſia DEI prodeſſe; ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus quiſpiã rogauit, &c.[d] Non.n.dici poteſt quãtopere eccleſiæ expediat vniuerſæ, vt iuxtà veterẽ conſuetudinẽ, quæcunq; res graues, atq; vtilitatem communem reſpicientes, adminiſtrẽtur cuiuſmodi ſunt, quæ ad fidem CHRISTI pertinent, electiones Epiſcoporum, confirmationes, aut tranſlationes, depoſitiones, obedientia, quæ debetur Paſtoribus, communicatio primarum ſacrarum ædium, monaſteriorum, quæcunque immunitates, cuiuſcunque generis nouarum legationum expeditio, atque illorum qui vices aliorum referunt, quicunque nunctii ſummi Paſtoris legati, etiam quos à latere dicimus habentes autoritatem, nouarum religionum conſtitutiones, veteres reprobationes, Diuorum publicationes, rerum ſacrarum alienationes, cum etiam in feudum, aut hyppotecam dantur, aut quouis modo, hæc inquàm omnia quæ enumerauimus ſummum Pontificem conuocato Cardinalium collegio agere æquum eſt.

DE VOCATIONE DD. CARDINALIVM PER D. N. PAPAM *facienda in promotionibus Imperatorum Rom. Regum, & aliorum principum, illorumq; priuatione & depoſitione.* *Cap.* XII.

QVONIAM redemptor humani generis CHRISTVS IESVS uerus DEI filius, ſummus ſacerdos, & regum omnium potentiſsimus, omnem habens poteſtatem in cœlo, & in terra D. Petro Apoſtolo, eiuſq; ſucceſſoribus pleniſsimã autoritatem dedit alligandi, & ſoluendi quodcunq; eis viſum fuerit, iuſq; paſcendi gregẽ.[e] quis negabit ius quoq; creandorũ Regũ ad ipſum Põt. pertinere? Erat.n.in CHRISTO ſummus rerum omniũ Principatus, vt clarè probat Inno.[f] extat

ad maio-

ad maiorem fidem Chriſtianis omnibus expreſſa conſtitutio Bonifacii Pont. VIII.[a] cõtra errores hæreticorum condemnatorum. Marſil. de Padua, & Ioannes de Gerd. de quibus in præcitatis decretalibus, Pelagir in opere de hæreſibus, quod inſcribitur collirium fidei, parte quinta, Auguſtinus, & Ioann. Bachon. in libro ſuo ſuper quarto ſententiarum in proœmio quæſtio. ii. artic. vii. & merito Stephanus Papa ſecundus, vtendo autoritate ſibi diuinitus tradita, omnem ſe poteſtatem imperiiq; iura in manu habere oſtendit, cum ad Germanos imperium à Græcis tranſtulit.[b] Non paruo etiam temporis ſpacio multos Imperatores Romanæ ſedi hoſtes adiudicauit, nec ſine conſiliariorum ſuorum. i. Cardinalium conſenſu.[c] Ad tantam rei memoriam accedit, quòd Zacharias Rom. Pont. Gallorum Regem regno priuauit, nõ tantùm propter eius ſcelera, quantùm vt ſua autoritas omnibus Chriſtianis innoteſceret, in eius verò locum Pipinum Caroli Imperatoris patrem ſubſtituit D. Gelaſius Papa ſcribens ad Imperatorem Anaſtaſium clàrius hoc tractat,[d] & Innocent. PP. III. efflagitante Britãnorum Rege, quis eſſet Galliarum Rex, cognouit ex poteſtate ſummo Pontifici tradita, quæ non ex homine eſt, ſed ex DEO.[e] Cardinales etiam in efficiendis legitimis filiis Regis Galliarum, neminem in terris principem àgnoſcunt.[f] Honorius autem Papa tertius, ne quis Lutetiæ, aut in aliis Galliæ ciuitatibus ius ciuile doceret, aut audiret ſtatuit,[g] & Cœleſtinus Pont. III. Vt ſi cauſas aliquas pecuniarias Pariſiis haberent clerici, hæ ſecundum ius canonum deciderentur.[h] Si vero huiuſmodi cauſæ eſſent, vt ad Reges, eorumq; iura pertineãt, ſolet Pontifex ſenatu Cardinalium coacto de illis conſiliũ capere.[i] Cum. n. negocia ſe offerunt in rebus Principum, aut Regum, qui nec Imperatoris, nec alicuius dominium agnoſcunt, decet Ro. Pont. cauſam ſuſcipere, cum Cardinalibus communicare, de ea vt æquum videbitur ſtatuere, vt appareat autoritatem omnem ſibi traditam fuiſſe ad decus, ocium, atque vtilitatem orbis vniuerſi, eiuſq; conſilium, ac ſanctitas poſt DEVM veneretur. Itaque pro iure illius poteſtatis, quæ in D. Petrum à CHRISTO collata fuit, cum ipſum fundamentum illud in petra firmiſſimum Eccleſiæ DEI, atque orbis totius caput eſſe voluerit, Regem Regum, omnium Pontificem, propter poteſtatem alligandi, & ſoluendi omnia ſuper terram, eumq; ſucceſſorem ſuum inſtituendo in eccleſia Apoſtolorum, Papam videlicet vniuerſi Principem, iure humano & cœleſti armatum, Patrem Patrum, ad quem omnes, qui ſalutem expetunt confugere oportet, ad eius pedes ſeſe abiicere, eiq; parere, ab eo auxilium, ſalutem, & conſilium in cunctis negociis petere. Ob hæc inquàm, & alia multa nemo, qui ſanæ mentis fit, alium in terris habeat autorem, aut patronum ocii, aut quietis, ac pacis vniuerſæ notat.[k] Ardua vero illa negocia, de quibus toties loquuti ſumus, non

a in extrauag. quæ incip. vnam ſanctã & in extrauag. Ioan. Pont. xxij quę incipit licet ſcdm Apo.
b c. omnes xxij diſt. c. vener. de elect. cũ ibi not. per gloſ. Hoſt. Inno. & Io. Andr.
c c. ad Apoſt. de re iud. li. 6. clem. ne Romani de iure iuran. clem. paſtoralis de re iudic. [illegible]
d in c. alius. xv. q. vj. Alci. i. l. bonitatis, de ue. b. ſigni. Reſt. de [illegible] 81. num. 3.
e c. nouit de iu.
f c. per venerabilem qui fil. ſunt legit.
g c. ſuper Specula de priuileg.
h c. quod clerici de foro competent.
i c. grãdi. de ſuppl. ne. pręl. c. ad Apo. de re iu. clem. rom. principes de iu. iur. clem. paſtoralis de re iud.
k in c. omnes & c. ſacroſancta 22 diſt. c. cum ad verum ventum eſt 96. diſt. c. cuncta per mundum, c. per principalem 9. q. 3. ſignificaſti de elect. c. nouit. de iud. c. per uenerabilem §. rationib. qui fil. ſunt legit. c. fund. de elec. c. ad apo. de re iudi. c. p humani de homic. libr. vj.

uæ ſunt Principum, Regum, atq; Imperatorum conſtitutiones, in quibuſcunque dictionibus ad Eccleſiam pertinentibus, vel minus; quæ quidem omnia Rom. Pontifex in collegio Cardinalium referre, ac de iiſdem conſilium capere conſueuit, illud conſtituendo, quod maiori illorum parti æquius viſum fuerit, adhibendo illam diligentiam, quæ incidentes exigunt cauſæ ad notant Archi. & Mon. & Io. And.[a]

DE CONVOCANDIS DD. CARDINALIBVS A PONTIFICE IN *electione nouorum Cardinalium.* *Cap.* XIII.

CARDINALIVM creatio in eccleſia inter ſublimiores cauſas, & maiores dignitates merito refertur. Nihil enim aliud eſt Cardinalem fieri, quàm in primo ſtatu perfectò Apoſtolorum connumerari, in quo quidem Apoſtoli omnes cum D. Petro fuere, in communi collegio vno animo degentes, poſt viſas illas linguas ignis admirandas, in die glorioſiſſimi Seruatoris humani generis ad cœlos aſcenſum, curantes in primis, quæ ad eccleſiam, ſenatumq; Apoſtolorum attinebant, & quemadmodum tunc temporis Petrus (vt ſcriptura inquit) in medio fratrum quærit Apoſtolorum numerum à CHRISTO relictum, atq; ſacratum augere, alios Apoſtolos ex ſententia vniuerſi ſenatus eligens; ita ſummum Rom. Pontificem in vniuerſa eccleſia facere docet, eligendo nouos Cardinales, quod maximè ad decus, honorem, atq; etiã vtilitatem publicam attinet, quod ſine collegii ſanctiſſimi conſenſu facere neutiquam ſolet, nec expedit, propter euidentiſſima incommoda, quæ inde Chriſtianæ Reipub. orirentur, de quibuſcunq; etenim rebus quæ pacem, otium, atq; quietem Chriſtianorũ perturbare poſſunt Rom. Pontifex ad collegium Cardinalium referre debet, vt ſententia illorum intellecta, qui ſibi continuè aſſiſtunt, citius res componatur; Nec requiritur hoc in loco ſpecialis, atq; expreſſa conuocatio, quoniam veluti Cardines, hoſtio ſemper deſeruiant oportet ad DEI Optimi Maximi, gloriam, & Chriſtianæ fidei amplitudinem.[b] Itaque meritò etiã, atq; etiam videat Pontifex neceſſe eſt, quos dignitate Cardinales exornare velit, tum demum ex conſilio totius cœtus illos eligat, vt grati, atque accepti omnibus vnum efficiant corpus, in bene gerenda Chriſtiana Repub. huc maximè conuenit illud prophetæ.[c] Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum habitare fratres in vnum &c. Ob hanc autem cauſam pertinere ad ſummum Pontificem conuocare Cardinales in nouis electionibus dicimus, propterea quod, cum ipſe caput ſit, illi vero membra, cum eo conſentiant neceſſe eſt, ſecus vero illi accideret, quod olim Marcus Cato, apud Romanos fore ſapienter dixit, nimirum ſi inuicem pugnarent cum capite pedes & manus,

corpus

corpus totum debilitari; mirè igitur expedit Cardinales cum capite ſuo concordisſimos eſſe, vt & ratio, & natura docent.[a] Atq; hoc pacto Cardinales creati ſine dubio honoris, & dignitatis primas tenent in vniuerſa eccleſia, ſuccedentes in primo ſtatu Apoſtolorum perfecto ad tuendam, ornandam, & augendam fidem, ac pacem inter Chriſtianos omnes:[b] fruūtur etiam hoc tempore Cardinales amplisſimis illis priuilegiis, quibus orbis totius perfugium Rom. Senatus ante CHRISTI aduentum vſus eſt.[c] Sūt enim iudices totius orbis, clarisſima lumina mundi.[d]

DE PRÆCLARIS VIRIS, ET LITERATIS HOMINIBUS CARdinalatus dignitate ornandis à ſummo Pontifice. *Cap.* XIIII.

QVONIAM igitur CHRISTI Rempub. Cardinales adminiſtrant, videndum eſt, vt qui hac dignitate honeſtantur, non modo claris ſint natalibus orti, ſed ſolida eruditione, animiq; virtutibus imbuti, eorum vita ſanctitatis ſit exemplar, inceſſus, geſtus, habitus corporis temperatus, grauis, & qui ſibi reuerentiam quandam exigat, ne vllis præbeant maledicendi, atq; aliquando viuendi anſam, diuitiæ illis non ad luxum, atq; faſtum, ſed ad pietatem erga pauperes, ad charitatem in tota vita exercendam ſint concordiam, atq; pacem colant, vt verè membra honoris (hoc eſt CHRISTI) exiſtant, qui Patrem præcipuè pro Apoſtolis ſuis orauit, in quorum locum Cardinales ſucceſſerunt cum ſummo Pontifice, ſic enim ipſe Ioan. XVII. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum in fide, & concordia, tùm ſubdit. Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Cum igitur Cardinales DEVS eſſe velit in eccleſia, vt Cardines, quibus onus totius Reipub. bene adminiſtrandæ incumbit; quoniam vnius opera minimè poſſet propter humanarum virium imbecillitatem, eos prudentes ac ſimplices eſſe oportet, ne circūueniantur, aut deludantur; mirum ſanè eſt, quàm magnus improborum ſit numerus: eluceant iuſtitia, temperantia, fortitudine, alioquin officio ſuo fungi nequeunt, ſi ſuperbia tumeſcunt, inuidia roduntur, ira excandeſcunt, auaritia, aut quauis alia cupiditate inflammantur, nec digni Cardinales eſſe poſſunt huiuſcemodi vitiis affecti. Cæterum cum Romanæ Eccleſiæ omnium principis filii ſint, & CHRISTI in terris vicem gerāt, plenam habentes poteſtatē, ſummi Pontificis conſiliarii, neceſſe eſt omni non modo crimine carere, ſed etiam ab omni ſuſpitione longisſimè abeſſe, ita deniq; ſe gerant, vt omnibus grati, & accepti ſint, quorum conſuetudine putent Cardinales cæteris honeſtiores ſe, ac meliores fieri poſſe, hoc modo futurum, vt benè pro Chriſtianis hominibus agatur.

a lxxix. d. nullus in. 1. & 2. de elec. c. vbi maius. c. fundamen. clemē. ne Roma. de elect. Hoſti. c. ad liberandum de Iudæis.
b diſt. 18. c. verum. c. placuit. xciii. diſ. c. dominus noſter de maio. & obed. c. 1. & c. ſolite, de officio de leg.
c xcvi. diſt. c. cōſtanti. not. hoſt. & Ioā. and. in c. d[illegible] ecti in. 1. de p[illegible] ben.
d [illegible] enerabilem. §. rationibus qui fil. ſint legit. c. fundamēta de elect. in vi.

De dignitatibvs episcopalibvs, prælatvris, et beneficiis Eccleſiæ à ſummo Pontifice, Cardinalibus deferendis. Cap. XV.

CONSVEVIT ſummus Pontifex Rom. Eccleſiæ filiis, conſilianis ſuis, præter proprios ipſorum titulos, alias eccleſias demandare, ſiue quas Patriarchales vocamus, ſiue Epiſcopales, ſeu alias cuiuſcunq; generis, quod profectò optima ratione factum eſſe nemo negabit. Animaduerterunt.n. veteres illi Pontifices incommoda, & magnos ſumptus, quos Cardinales facere opus eſſet, dum Pontifici aſsiſtunt, dum res, cauſaſq; omnes ad religionem attinentes adminiſtrant. Quamobrem conſtitutum eſt, ne rei alicuius indigentia ab officio ſuo recederent, amplius autẽ, quod Cardinalibus priuſquàm cæteris perſonis committendæ ſunt eccleſiæ, propter illorum ſtatum maximè perfectum; qui quidem pro Rom. Pontifice, & CHRISTI religione, ſi contingat propriam vitam magno, atq; forti animo effundere debent, verè enim ſuccedunt Apoſtolis, qui ſpiritu ſancto repleti, variis loquebantur linguis, reſurrectionis CHRISTI teſtimonium facientes, neq; quiſquam egenus fuit inter illos, ibant gaudentes, quoniam digni fuerunt pro nomine IESV CHRISTI contumeliam pati, vt Lucas verè teſtatur.[a] Cum ſint itaque Cardinales, in eccleſiæ negociis ferè ſemper occupati, æquũ eſt, vt eiuſdem fruantur bonis, quibus poſsint illa ſuſtinere, quæ eximius illorum ſtatus, aſsiduiq; labores requirunt: ob has cauſas illorum rationibus conſulit Pontifex, vt tanto oneri ferendo ſufficere poſsint, qui humeris propriis orbem totum regant.[b] Decet præterea eum, qui altari ſeruit, ex bonis altaris vitam agere, vt Cardinalibus etiam conueniat illud Pauli prima.[c] Ad hoc.n, eccleſiarum prouentus ſunt inſtituti, vt inde alantur, qui CHRISTI Rempub. adminiſtrant, ad DEI præpotentis honorem, ocium q; vniuerſum.[d] Quod ſi dignũ eſt eos viuere de CHRISTI bonis, qui ei ſeruiunt, quanto magis dictum illud Cardinales complectitur, qui continuis vigiliis, atq; laboribus munera cuncta obeunt ad Chriſtianam religionem attinentes?[e] Digna igitur, atq; optima conſtitutio, quæ iubet eos prouentus comparari Cardinalibus à ſummo Pontifice, qui ad omnẽ vitæ vſum, dignitatis eorum ratione habita, ſufficere poſsint iuxta illud, Dignus eſt mercenarius mercede ſua,[f] quid ius humanum? non ne iubet ipſos commoda accipere, qui incommoda accipiunt?[g]

De origine, atqve ivre proventvvm, et reddituum quibus fruuntur DD. Cardinales in Romana Eccleſia, Cap. XVI.

CVM adminiſtrandæ Chriſtianæ Reipub. onus poſt ſummum Pontificem Cardinalibus incumbat, ſintq; ipſi ſacerdotes Leuitici inſtituti, vt in L. veteri, hoc eſt, ſacerdotes præcipui, Conſiliarij Pontificis, ad quos in magnis negociis vniuerſus orbis confugit, continuè ad pacem, ocium, atque felicitatem vniuerſam inuigilantes, in altisſimo gradu dignitatis locati, plenisſime auctoritatis, quàm Pontifex habet ſunt participes, cumq; eo vniuerſam adminiſtrant eccleſiam.[a] De Leuiticis autem ſacerdotibus habes Deuteronom.[b] Propterea diuino, & humano iure à quibus euangelica non diſcrepat veritas, Cardinales Pontifici asſiſtẽtes, & pro Rom. ſede in negocio verſantes ad bona, atq; facultates eccleſiæ, iure optimo à Pontifice vocantur. expedit.n. vniuerſo Chriſtiano populo, vt nullis ſumptibus Principes, ab officio ſuo deterreantur. Itaq; & lex Moyſi, & doctrina euãgelica iis, qui præſunt, quæcunq; ad vitam ſunt neceſſaria parare iubent.[c] Inter diuinas auctoritates, quas CHRISTVS IESVS non ſolum D. Petro, ſed cunctis Apoſtolis conceſſit, egregia illa numerantur, de qua Luc.[d] & Paulus refert, vt qui inquit in ſacrario operantur, de ſacrario edant, & qui altari ſeruiunt, altaris ſint participes.[e] Vbi ſubdit idem Apoſtolus, conſtituit Dominus, vt qui Euangelium prædicat, de Euangelio viuat, & quamuis idem Paulus, hanc eandem poteſtatem aliquando diſtulerit, vt inquit D. Hieronymus in proœmio primæ Epiſt. ad Corint. hoc factũ eſt, vt eriperetur anſa malè faciendi exactoribus: erãt.n. nimium moleſti, & importuni, indebita etiam exigendo, non autem quòd exiſtimaret, auctoritate ſibi conceſſa vti non licere, quòd ipſemet teſtatur,[f] & ob hanc cauſam vt pecuniæ colligerentur decreuit, quas Hieroſolymas mitteret Petro, atq; aliis Apoſtolis vna in cõmuni collegio degentibus.[g] Miſit etiam idem Paulus Corinthum, Titum & Lucium, vt eſſent quaſi inſtitores populo ad conferendam pecuniam, qua Apoſtolos ſanctos viros ſuſtentaret, vt hoc modo inquit ipſe, faciat Corinthia Eccleſia per ſubuentionem pecuniarum oſtenſionem charitatis in faciem eccleſiarum. i. apertè, vt ſint exemplo cæteris eccleſiis.[h] multum.n. feruebat tunc temporis charitas, valdè admodum ſoliciti erãt Chriſtiani homines, ne quid ſanctis illis viris deeſſet, quòd Paulus teſtatur,[i] eoſq; magnopere commendans ait, miniſterium huius officii, nõ modo ſufficit ea, quæ opus ſunt ſanctis, ſed etiam abundè confert. Hortatur etiam ſub perſona Theſſalon. omnes eccleſias, vt qui illis præſunt cõmendatos habeant, abundeq; conferant, nam hoc vult charitas, cum per eos pacem habeant[k] cuius rei rationem reddit. Non.n. alligari debet os boui trituranti.[l] In actis autem legitur quòd cum Achabus Antiochienſis Propheta, turpem famem vniuerſo orbi futuram prædixiſſet, Claudio imperante, diſcipuli omnes quiq; ibi erant collectis, quæ poterant rebus miſerunt

a Numeri.c.1.
b c xvii. & in c. per venerabilẽ. §. ſane qui fil. ſint legit.
c Num. xviii. cita locũ D. Thom. .2. 2. q. 87. articu. vnico & Car. Camera c. in lib. de poteſtate eccleſiæ. 1. c. 2 par. circa finem.
d x. & Matth. x.
e 1. ad Cor. 9. c.
f 1. ad Cor. c. 9.
g 1. ad Corint. c. xvi.
h 2. ad Cor. 8. c.
i 2. ad Corinth.
k 1. ad Theſſal. 3. c. circa fin.
l 1. ad Timot. v. c.

runt ad ſeniores. i. ad Petrum per Barnabam, & Saulum. [a] At D. Ioannes CHRISTI dilectus, in tertia ſua Canonica Dyotrepen magnopere obiurgat, qui cum percuperet in ciuitate principem eſſe, non tamen Apoſtolis conſulebat, aſſerens nihil huiuſmodi curam ad ſe pertinere. Sic noſtris tẽporibus, phanatici quidam negant illos, qui eccleſiis præſunt, de bonis CHRISTI alẽdos eſſe, atq: interim ſanctionibus quibuſdam Imperatoriis, tanquam clypeo ſe protegunt, quibus quidem, ſi ad nos pertineret, fortaſſe, quid reſponderi poſſet haberemus: fingunt ſe publicam agere cauſam, ego vereor, atq; vtinam verum non ſit, priuatum illas voculas reſpicere commodum, credo illis expediret ad profanum vſum omnia conuertere, ſed.eho tu, non hæc fuit illorum, qui reliquerunt voluntas, non hæc Conſtantini mens, ardes inuidia? enitere virtute, ſemper enim egregiis, & literatis viris in eccleſia dignus patuit locus, non vides quantas ſeditiones excites, Cum inquis non licere Pontifici vacantium eccleſiarum, aut nouarum redditus exigere, ſiue ex pacto traditæ fuerint, ſiue minus; quòd ſanè totum ita me Dii ament vt erroneum, & falſum eſt, nam ſtatus Pontificis, & Cardinalium, dum exigit pro ſuſtentatione vitæ ipſorum, & pro negociis Romanæ Eccleſiæ, aut pro communi bono, iuſtè, ſancteq; id ſemper facit, neq; vllo modo ſimoniacum crimẽ incidit, ſicuti prædicas: quæ porrò iſta eſt audacia? quæ malum hæc licentia? quid præſcribis ſummo Pontifici? non Paſtor vocatus es, ſed ouis, deſine igitur, deſine bellua obtrectari, mali inquis ſunt, tu interim eſto memor quid tibi CHRISTVS IESVS præceperit. Quæcunq; dixerint vobis obſeruate, & facite, & quæ ſequuntur. Crede potius, redditus in eccleſia inſtitutos eſſe, vt nullis ſumptibus deterreantur Paſtores, quin ſemper curent ocium, pacem, ac ſalutem vniuerſi orbis. Sed nos ad inſtitutum. Naturalis ratio ſuadet illos, qui curam gerunt alicuius populi, ex bonis publicis viuere, bonum æquumq; eſſe, vt illa agere poſſint, quæ communem vtilitatem reſpiciunt, ob hanc cauſam D. Thomas lib. 4. de regno princip. citãs Ariſtotelis locum in Politi. & Cardinalis Cameracen. dicunt, [b] quòd gentiles etiã veteres in ſuis reb. publ. partem aliquam publicorum bonorum illis, qui ſacra facerent applicabant, neq; hoc fiebat naturali tantũ ratione, ſed diuino inſtituto, atq; iure publico, quod in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus cõſiſtit, [c] in ſacris autẽ cõſtitutionibus Luce clarius oſtẽditur, ſummi Pontificis, & Cardinaliũ ſtatũ ſuſtẽtari debere, ex bonis ſacris, & Romanus Paſtor pro ſe, & Cardinalibus fratribus ſuis cogere, ex exigere fructus poteſt, quarũcũq; eccleſiarũ, & quibus eorũ videbitur asſignare, quilibet etiã Epiſcopus cũ fratrũ ſuorum, qui Canonici appellãtur conſenſu, certorũ beneficiorum fructus retinere poteſt. [d] Summus Pontifex & cum eo Cardinales aſſiduè inuigilãt pro Chriſtianis omnibus, dignisſimũ ergo vt eccleſiæ bonis alantur. [e]
ii ii. De

DE IVRE PILEI DD. CARDINALIBVS A' PONtifice diſtribuendo. Cap. XVII.

IAM antiquitus Romana ſedes Cardinalium, Pontificisq; vitã ſuſtentabat, ſingulorum annorum fructibus cuiuſcũque Eccleſiæ, qui quidẽ in conuentu cõmuni diſtribui ſolebãt, æquis portionibus, vnicuique eorũ aſſignatis, quod & hodie obſeruatur, eſt enim maxime cõueniens rationi, atq; iuri diuino, & humano, vt ſummus Pontifex in CHRISTI locũ electus, ſingulos Romanæ Eccleſiæ redditus inter Cardinales æquisſime diſtribuat, tã Epiſcopos, quã Præsbyteros, & Diaconos, tanquã fratres ſuos, continenter inuigilantes communi omnium commodo, habita tamen ratione vniuſcuiuſq; ſtatus, vt in actis legitur, quæ vero ſuperſunt, in neceſſariis eccleſiæ vniuerſæ negociis, & ſacroſancti collegii impendi debent, modus tamẽ ſeruandus eſt, quem conſcientia illorũ voluerit, cõſultum itaq; abunde fuit cœtui Apoſtolorũ ſacroſancto, traditumq; ius omne Principi Petro diuidendorum fructuũm eccleſiæ, eiuſq; ſucceſſoribus Rom. Põtificibus, cæteriſq; Epiſcopis iure electis in ſuis locis, atq; eccleſiis, debẽt tamẽ res diſtribui inter illos, qui indigent cũ ſumma veneratione erga DEVM bonorũ omniũ autorem, & fontem, iuxta patrum ſententiã, & canonum ſanctiones. [a] Si enim Chriſtianorũ animi Epiſcopo crediti ſunt, quanto magis pecuniæ, quæ ſæpiſſimẽ animos perdunt?

a 12.q.1.c. epiſcop.c. nulli epiſcoporum ad ſi. c. præcipimus. 12.q.1.

DE LEGATIONIBVS A' LATERE A' PONTIFICE DD. Cardinalibus demandandis. Cap. XVIII.

SVMMVS Pontifex legationes, quas à latere dicimus Ro. Eccl. Cardinalibus tantũ demandare ſolet, quorũ eſt huiuſmodi legatio propria in Eccleſia militãti, quæ regitur, atq; adminiſtratur officio legatorũ, cũ pars ſint corporis ipſius Pont. & propemodũ ex ipſius latere creati, his itaq; incumbit onus vniuerſæ eccleſiæ, ut maiores cauſas expedire debeãt. Amplius autem vice vniuerſi collegii funguntur, nã illa omnia, quæ fidẽ, mores, & pacem publicã reſpiciunt, adminiſtrant, ſicuti in prima eccleſia à Petro, aliiſq; Apoſtolis factum eſt, à CHRISTO verè edoctis, ſpiritu ſancto incenſis, qui poſt eiuſdẽ glorioſiſſimum ad cœlos aſcenſum, quæcunque futura eſſent eccleſiæ prædixerunt, q abunde obſeruatum eſt, vt in actis apparet, & in lib. vbi Apoſtol. vitæ continentur legimus, Petrum Apoſt. ex num. lxxii. Apoſtolorum, aut citra, aut vltra mare in diuerſis regionibus multos miſiſſe, ſed Apoſtoli tantum legationes, quas à latere appellamus obiere, quorum in omnẽ terram exiuit ſonus, & in fines or-

bis terræ verba corũ, florebãt. Apoſt. prodigiis in virtute IESV CHRISTI, ſic domeſtici DEI extitere, atq; lumina Chriſtianæ fidei ad liberationẽ populorũ, & pacẽ omniũ gẽtiũ, Cardines eſtis vos, probitate, & prudentia veſtra, procellas oẽs Chriſtiana Reſpub. optimis adminiſtratoribus euitabit, in quã cogitationem optimus ille auctor charitatis, & pacis vos rapiat pro ſalute vniuerſa. Nunc videamus, quis propriè legatus à latere appelletur. Legatus à latere eſt is, qui ex Cardinaliũ collegio, cum plena abſolutaq; poteſtate, ad certam prouinciam, vel ciuitatẽ adminiſtrandã à ſummo Pontifice, cum cõſenſu collegii mittitur, pro magnis incidẽtibus negociis, vt errores emendet, ſceleroſos perdat, & qui minimè obediunt, audientes reddat, bella cõponat, & huiuſcemodi alia permulta, bonos ad DEI miniſteriũ inflammet, & ſalutẽ populi.[a] nec refert ſi legatus à latere, vel de latere appelletur, præpoſitiones.n.a & de promiſcue loquuntur, licet quidam voluerint tradere differentiam, quã Ioan. poſt Hoſt. rebrobat.[b] talis aũt mitti debet legatus, qui diuino numine, & charitatis flãma agatur, ſacris literis èdoctus, & qui Moyſi.i. Pontifici valde ſit familiaris, vt poſſint eũ audire filii Iſrael, ad quos mittitur,[c] q; ſi Exo.[d] legitur Moyſem viros DEVM timẽtes, veritatis amatores, qui munera oderãt, elegiſſe tribunos, vt populo ius redderẽt, videant legati à latere, quid eos facere deceat, qui tribunorum Moyſis officio fungũtur, ſic declarat Gulielm. Durãs.[e] Nec mirum eſt, hæc requiri in illo, qui vices gerit Põtificis.[f] Cardinalis autẽ ille, cui legatio huiuſmodi defertur, in prouinciis, aut ciuitatibus legationis ſuæ, cum ibi Põtificem ipſum referat, cunctis Cardinalibus, Principibus, Regibus, atq; Imperatoribus præferẽdus eſt, ab vniuerſoq; Chriſtiano populo honore afficiẽdus, dũ incedit, ambulat, vbiq; eſt præmittẽdus, honeſtiſſime tractãdus, cum veneratione excipiendus,[g] Etenim quilibet legatus à latere vrbe egreſſus, aut ab eo loco, in quo Pontifex fuit, proconſularem habet auctoritatẽ, & vbicũq; iter facit, curare põt, vt proconſulis inſignia ante ſe deferãtur.[h] Inſignia autẽ legatorũ à latere ſunt illa eadem omnia, quibus Principes omnes habentes iuriſdictionẽ ordinariã in terris ſuis vti cõſueuerunt, ad defenſionẽ, honorem corporis ſui, iure, aut cõſuetudine Rom. vrbis, vel loci permiſſam, cuiuſmodi ſunt, tubæ aureæ vel argẽteæ, vexilla, inſignia Romani Pontificis, à quo mittũtur, vel propria, aut Rom. Eccle. lictores cũ clauis argẽteis, phaleræ inſignes, veſtes, aulæa, vtẽſilia, & ſi qua alia ſunt, quibus principes vtũtur iuxtà legẽ Obſeruare,[i] & dicit Bal. Honorem habendũ eſſe inſignibus, atq; legatũ honeſtandum eſſe procõſularib. inſignibus.[l] Geſtat etiã legatus à latere inſignia quædam eccleſiæ, abſolutiſſimam poteſtatem ſignificantia, & plenam iuriſdictionem, ſicuti vexillum crucis, quod ante ſe deferri curat, atq; vt primum vrbe egreſſus,

ſicuti

a c. ſolitæ de maio. & obe. c. legatos de off. lega. lib. 6.
b c. excommunicati de off. lega. c. ad eminentiam de ſent. excom. c. leg. de off. lega.
c c. viri q. 1.
d xv. c.
e in Specu. in 1. par. tit. de lega. poſt princ.
f xciiii. diſt. c. 1. c. p[illegible] 1, et c. habet hoc. 2. q. 5 Hoſt. in ſumma. tit. de lega. §. quot ſũt ſpecies.
g xciiii diſt. c. 1. cum. c. fi. diſt. 2. q. 5. c. habet hoc in fi. Hoſt. in ſumma vo lo. ci.
h c. legatos cum ibi not. ab Arch. & Io. An. in glo. ord. de off. lega. li. 6. iuris interp. in l. 1. de off. proconſ. & lega.
i de off. procõſ. l. eum qui de iuriſd. om. iud.
k in l. 1. de off. proconſ. & in l. caſ. de poſtul.
l l. 1. & l. obſeruare eod. tit. huc pertinet l. qui cõtemplatione C. de comit. rei militar. lib. 12. c. cum ad verum xcvi. diſt. c. conſuetudo xvi. q. v.

ſicuti Pontifex ipſe manno albo vti poteſt, nec non pallio fuluo, aureo freno, zona, atq; calcaribus aureis, licet alias ſit religioſus.[a]

De potestate DD. Cardinalium sede vacante.

Cap. xx.

Pontifice vita functo, omnis cogitatio, ac diligẽtia ſacroſãcti collegii, ad electionẽ futuri Paſtoris eſt trãsferenda, ita vt quò conſultius, ac citius fieri poſſit, idoneus ad tãtam prouinciam eligatur, nec vlla interueniẽs cura debet Cardinaliũ animos alio cõuertere, quin ſtudio, atque labore omni in eam rem incumbant, quæ vniuerſo orbi, aut bonum, aut malũ eſt allatura.[b] Poteſt etiam idem collegium curare interim diligentius illa omnia, quæ ad electionem Põtificis pertinẽt, vt mos, & conſuetudo poſtulant, dummodo anxia huiuſmodi cura creationem Pontificis non remoretur. Solent autem Cardinales nouem continuis diebus à morte Pontificis parentare, quot idie conuenire, quibus per actis, poſtero die cõclaue ingrediuntur.[c] Itaque ante omnia Pontificis funus curare honorifice debent iuxtà receptam conſuetudinem, deinceps expediant opus eſt illã, quæ ſupra diximus neceſſaria ad electionem Paſtoris. Quòd ad poteſtatem pertinet, illa iuriſdictio tota, quam Pontifex habet, ad collegium nullo modo transfertur, quoniam ſacratæ non permittunt conſtitutiones.[d] Et in eiſdem Cardinalibus, & eorum collegio locum habet rubrica ne ſede vacante aliquid innouetur,[e] hodie autem Germana iuris veritas non vult occupatos eſſe Cardinales circa illa, quæ Hoſtien. dicit in prælectione.[f] Cuius opinionem & rationes citat.[g] Ceſſant enim illa, vt videri eſt,[h] ad eundem modum de aliis collegiis eccleſiarum cathedralium dicere poſſumus, eodem tempore. Non igitur permiſſum eſt Cardinalibus illa auctoritate propria exercere, quæ expreſſè eis conceſſa non reperiuntur.[i] Romana ſede vacua ſenatus Cardinalium coactus officia demandare poteſt, veluti camerarii, pœnitentiarii maioris, & minoris, ſi propter mortem, vel aliam ob cauſam vacua fuerint, Theſaurarii Pontificii, cuſtodes nouos arcibus & municipibus Romanæ Eccleſiæ, etiam ad tempus, vt ipſi videbitur imponere, ſi ita expedire cognouerit, augere etiam pœnitentiariorum minorem numerum ad tempus vacationis poteſt, maiori Cardinalium parte cõnſentiente.[k] Sic intelliguntur, quæ ad not. Ioannes Andreas.[l] Debent etiam hoc tempore Cardinales præuidere ne Romana Eccleſia aliquo incommodo, aut detrimento afficiatur, quòd ſi fuerint vnà Cardinales coacti, facilè erit prudentia ipſorum, imminentia pericula propulſare.[m] Illa verò quæ non expreſſè Cardinalibus conceduntur, licet

a not. Hoſtiẽ. Io. And. c. an. qua de priuil.
b c. vbi ma. c. cæterum de lec. clem. ne R. poſt princip. eod. tit.
c iuxta form. c. ubi maius, elect. lib. 6. cu. ibi not. ab Io. mo. Arch. & Andr. in gl. o. clem. ne Ro. in ver. pertin. de elec. vbi concludũt Pa. lus, Gulielm. de Monte la. & Ioan. de Lig.
d ... not. c. in nomine mini. 23. diſt. c. licet de euit. da de elect.
e clem. ne R. in ver. cœtus, uer. quicquid
f c. cum ex de pen. & rem.
g Ioan. An. in unico de ſciſ. lib. 6.
h in clemen. Roma. cum ĩ not. ab Io. An.
i c. 1. vt ne ſe. vacan. & c. ſi q. de rebus. 12. q. c. quoniam. 7 diſt. c. fratern. tum. 71. diſt.
k iux. clemen. ne Ro. de ele. cum ibi notat.
l in gloſ. in ue. cœtus ibidem.
m c. vbi maiu. periculũ. §. ider. quoq. ver. vel n. ſi aliquid de e. lect. lib. 6.

viuens Pontifex de illis diſponere poſſit. Nullo modo ad collegium attinent, vt expreſſe patet in clemen.[a] Atque hac ratione iſtud factum eſſe videtur, ne ſi omnis poteſtas penes collegium eſſet redacta, nihil amplius de eligendo Pontifice ſolliciti eſſent Cardinales, quod magnum orbi vniuerſo incommodum afferret, multaſq; ſeditiones, atque hæreſes excitaret, quibus malis ſacræ conſtitutiones non immeritò occurrere voluerunt.[b]

DE POTESTATE DD. CARDINALIVM IN ELECTIONE *Pontificis.* Cap. XX.

AD cunctos Rom. Eccleſiæ Cardinales eligere Pontificem pertinet, vniuerſalem CHRISTI Vicarium, Petri Apoſtoli ſucceſſorem, quem mortales colere omnes debent vniuerſæ eccleſiæ præfectum, cum illi paſcendi gregis onus impoſitum ſit, traditæq; cœlorum claues, vt quodcũq; in terris ipſe alligaſſet, &c. Super cuius Petram fidei, & confeſſionis, ſuam CHRISTVS eccleſiam, ſponſam vnicam, dilectam, in hoc mundo fundauit, atque adeò, vt inferorum Portæ aduerſus eam non præualerent,[c] vtq; eam ſeruaret, quæ diuinitus eſſet inſtituta cum ſuis Apoſtolis, ſumma ſapientia Patris, DEI filius, cum ipſa vſque ad finem ſæculi ſe futurum eſſe pollicitus fuit.[d] Cum autem huiuſmodi electio diuinum cenſeatur opus, ſalus CHRISTI fidelium, vt patet,[e] exiſtimandum ſanè eſt, non ſine diuino numine Cardinales Pontificem eligere poſſe, atque ita Chriſtiana credit eccleſia. Ille autem qui ſaltem duarum partium conſenſu in conclaui præſentium electus fuerit, concorditer, liberè, atque ex conſuetudine Pontifex exiſtit.[f] Quamuis autem diuina inſtitutione, ſumma dignitas, auctoritas & præſtantia maxima poteſtas, & cura omnis paſcendarum ouium Petri ſucceſſori ſit permiſſa, totiuſq; orbis, & cœleſtis Regni ius habeat, nempè ab illo conſtitutus qui inquit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.[g] Verum enimuero electionem huiuſcemodi, Cardinalibus tantum Romanæ Eccleſiæ hoc iuris datum eſt. Vnde ſi aliquis ſacerdos ſine Cardinalium concordia, electioneq; debita ſequentium clericorum deuota electione Pontifex appelletur, vtique non Pontifex, ſed apoſtata eſt cenſendus.[h] Nam oportet vnum ex Cardinalibus Præsbyteris & Diaconis vt à D. Petro eiuſq; ſucceſſoribus inſtitutum eſt in ſummũ Paſtorẽ eligi, atq; cõſecrari Text. eſt D. Steph.[i] qui locus licet de Cardinalibus Præsbyteris, & Diaconis faciat mentionẽ, non tamẽ excludit Cardinales Epiſcopos, & alios quoſcunq; Chriſtianos, quin in Pontificem eligi poſſint, etiam extra or-

ne Romani §. 1. verſ. irritum
le elect.
c. licet de elec.
. vbi maius eo.
n 6. clemen. ne
Rom. eod. tit.
; Matth. 17. 10.
19.
d Mar. vlt. diſt.
19. c. ita dominus, c. in memoriam, 27. diſt. c. in nouo teſtamẽ 50. 22. diſt. c. oẽs c. ſacroſanct. 23. diſt. c. in nomine domini, 79. diſt. c. 1. de ele c. licet, & c. vbi maius eod. tit. & in 6. clem. ne Romani de elect.
e in c. vbi maius §. ſi de elec. in 6.
t clem. ne Romani in fi. cum ibi not. 89. diſ. c. oportet & c. ſi.
g Matth. vlt. 22 c. omnis, & c. eſt ad verum ventũ eſt. 96. diſt c. cũ ſta per mũdum. 9. q. 3. ca. uenerabilem qui fil. ſint legit. c. fundamẽta de elect. c. ad Apoſto. de re iud. c. pro humani de homic. lib. 6. clem. Ro. princip. de iur. iur. c. paſtoralis, de re iud. epiſt. iter claras, C. de ſum. trin Auth. de S. Epi § 1. & 2, col. 9.
h ſi quis Apoſ. 79 diſtinct.
i in ca oportet. 79. diſt.

tra or-

tra ordinem, imò vero. ſi quemuis Chriſtianorum duæ Cardinalium partes elegerint, iuſtè erit creatus Pontifex, ſicuti alias in Hiſtoriis factum eſſe ſæpiſſimè legimus. [a] Cardinales ergo Pontificis eligendi, ſoli auctoritatem habent, qui electus, verus eccleſiæ militantis ſponſus, efficitur. [b] Cæterùm inter tot, tantáq; beneficia, quibus humanæ noſtræ Redemptor homines affecit, illud in primis magnopere eſt animaduertendum, quòd cum ipſe Apoſtolis ſuis omnem auctoritatem reliquerit, quæ in re poteſtate, atque auctoritate CHRISTI vtuntur, non autem cuiuſuis hominis, aut angeli, ò præclaram auctoritatem, ò admirandæ clementiæ exemplum, qui hominum iudicium hominibus, etiam inquinatis tradiderit, Petro autem imprimis tribuit cum cum cæteris præfeciſſet, [c] quòd expreſſe declaratum eſt etiam in tribus uniuerſalibus eccleſiæ Conciliis; vt habetur in cap. in nomine domini poſt principium vigeſima quarta diſtinctione capit. vbi maius de electione, element. ne Roman. circa finem eodem titulo ſeptuageſima nona diſt. capit. ſi quis hoc etiam patet in cap. oportebat ſeptuageſima nona diſtin. capit. licet de vitanda.

a In c. côtra ſ. 79. diſt. ca. licet de elect. Arch. in roſ. dum citat. c. ſi duo &. c. licet.
b ca. vbi maius. §. cæterum in ſi. de elect. in. 6. ca. In nomine domini. 23. diſt.
c Matth. 16. Io. 19. ca ita domi minus. 19. diſt.

DE FACVLTATE DD. CARDINALIVM IN DIFFERENDA *electione Pontificis, cauſa neceſſaria ſuadente.* Cap. XXI.

COETVS Cardinalium coactus, iuſta aliqua de cauſa electionẽ Pontificis differre poteſt, vel ad tempus, vel ad locum, etiam extra vrbem, vel diœceſim, in qua Pontifex deceſſit, requiritur tamen conſenſus communis Cardinalium. [d] Cauſa autem huiuſmodi vera, & magna eſſe debet, non autem ficta, aut leuis, vniuerſoq; Chriſtiano populo eſt promulgãda, ne ea re offendatur, aut perturbetur, adeò, vt etiam conuicia in eos iaciat, declarandum igitur, cauſam huiuſmodi iuſtam, atque idoneam videri ipſorum ſententiis vniuerſis, nec quenquam eſſe qui ei repugnare poſsit, aut debeat, patet ergo electionem iuſta de cauſa differri poſſe. [e] Veruntamen iudicio, & declarationi ſacroſancti collegii omnino ſtandum eſt, cui præſcribere etiam nefas eſſet. Vbi igitur caſus eueniret, quo Chriſtianus populus in diſſenſionem venturus eſſet, aut ſciſma aliquod, dum Cardinales circa electionem Pontificis deſtinentur, tunc temporis licebit illis ſuperſedere, & toto animo naſcenti morbo mederi, cum in eccleſia ſint tanquam nauis gubernatores, ad euitandas tempeſtates, & propter hanc cauſam celeriter Pontificem creare debent. [f] Quæ quidem conſtitutiones ceſſant vbi magnũ aut oriretur, aut ortũ augeretur malum. Si omni illæ ſpecies facti, quæ in præcitatis conſtitutionibus continentur, proprias habent cauſas, quibus

d c. ſi quis pecunia. 79. diſtin. c. vbi maius. §. idẽ quoque verſ. vel niſi aliquid de elec. in. 6. not. in clem. ne Roma. verſic. concorditer de elect.
e xi. q. 3. c. excellentiſſimus. c. quoniã multos non Arc. in. c. vbi maius. §. idẽ quoq; in verbo incideret de elect. in. 6 & ibidem canon. omnes.
f c. licet de vitãda. c. vbi maius eod. tit. l. b. 6.

quibus ceſſantibus ipſæ etiam ceſſant, [a] nonne idem dicendum etiam de Cardinalium collegio, præſertim cum in interregno Pontificis magnam habeat auctoritatem? quamobrem vt verè quoque eodem vtantur, & ciuiles, & diuinæ leges permittunt. [b] In iis autem, quæ Pontificis electionem reſpiciunt, Cardinales vniuerſam Romanam Eccleſiam repreſentant. [c] Cum igitur conſtet ſacrum Apoſtolorum Senatum plenam, ac liberam habuiſſe diuinitus poteſtatem, auctoritatem, facultatem adminiſtrandæ eccleſiæ, eaq; vſum fuiſſe, quis negabit Cardinales poſſe differre electionem Pontificis, vt impendens malum euitetur? debet etiam qui inter eos prudentior aliis fuerit perſuadere, ne pro ipſa electione vocem dent, aut ſuffragium, non expedire Chriſtianorum paci, atque ocio, ſicuti Conſtantiæ factum eſt in electione Martini Pont. V. [d]

DE MODO, ATQVE FORMA IN ELIGENDO PONTIFICE à DD. Cardinalibus obſeruanda. Cap. XXII.

POST obitum Pontificis, iuxtaq; ſicuti diximus ritè peracta, Cardinales omne ſtudium, curam, mentem, cogitationem denique omnem in nouam electionem conferre debent, ſed ſtudeant in primis, vt depoſito faſtu omni, charitatem induant, ſintq; inter ſe concordiſsimi, habentes præoculis DEVM præpotentem, qui corda ſcrutatur, & nouit vniuſcuiuſque animum, Epiſcopi Cardinales, Presbyteros, & Diaconos conuocent, illis conſilia ſua communicent, aliena audiant, vt tantum negocium ſumma tractetur concordia. [e] debent etiam Cardinales omnes, qui Romæ fuerint, rem diuinam celeriter habere, pro defuncto Pontifice, atque interim parare ſe ipſos omni demiſsione, ac puritate mentis ad ingrediendum conclaue in ea ciuitate, in qua Pontifex degebat, aut alia illius ditionis, niſi Romana curia ex inſtituto ipſius Pontificis alibi eſſet tranſlata, & niſi ante eius obitum de transferenda audientia concluſum eſſet: tunc enim ibi electio eſſet tractanda, [f] vbicunque autem Cardinales conuenerint iuxta Cano. ſanctiones, non neceſſe habent cæteros abſentes expectare, decem tamẽ dies à Põtificis obitu præteriiſſe expectandum eſt. [g] Locus vero in quem conueniunt, Romanæ Eccleſiæ ſumptibus eſt parandus, atque idoneus eligendus, quòd ſi nullo modò fieri poteſt, ædes ipſe, quas Pontifex habitauit huic rei ſunt eligendæ, quòd ſi hoc non poterit, eligat præſes illius Ciuitatis, locum idoneum vt ipſi videbitur, electioni omnibus rebus neceſſariis paratum. [h] Conclaui parato, dies certa dicenda eſt, ad quam Cardinales conueniant, nempè in eccleſia, quæ commodior videbitur, ibiq; ſacris de more peractis, Diuino inuocato ſpiritu,

61. diſt. §. omnibus. & 1. q. 7. quid pro. 17. q. 2. c. alterius. c. ſi quis ius de re. iu. li. al. qui in ius de reg. iur. c. ſignificauit de reſcrip. c. cũ dilectus de or. comp. l. cum ... de diuer. & tẽpo. præſcri. c. In nomine domini. 33. diſt. 79. diſt. c. nullus & ibi Archi. in roſario. Hoſt. in c. cum ex eo ... & remiſſ. Huc facit. c. In nomine dñi. 23. c. oporrebat. c. nullus. 79. diſ. c. licet de vitãda de elect. cum ibi notat. per glo. Hoſt. & Io. And. & collect. in. c. vbi maius de electio. in. 6. & ibi not. Io. mon. Archi. & Io. An. & Dom. de ſancto Gemin.

e c. In nomine domini 23. diſt.

f c. vbi maius cum declarationibus clemẽ. ne Romani §. ſanè de elect.

g not. Arch. Io. mon. Io. And. in c. vbi maius poſt princ.

h iux. clem. ne Roma. cum ibi not. de elect.

ſpiritu, præeunte cruce illa, qua Pontifices vtuntur, conclaue ingredi debent, ordine, & gradu ſeruato, atq; ibidem omnes includantur oportet, volētes in ea electione ius ſuffragii habere, nec alicui Cardinalium præter ſeruos duos ſecum ducere licet, quibus ingreſſis communis acceſſus eſt prohibendus, nec aliquis inde exire debet, ſine magna aliqua de cauſa, niſi Pontifice electo, quòd ſi quis egredi volet, iuri ſuo renunciabit, vt expreſſe decernit. c. vbi maius Clemen. ne Romani de electione. Debet autem huiuſmodi locum Cardinalibus communem eſſe, nullis parietibus, nullis intermediis diſtinctum, cubiculo vno excepto, quod cuiq; Cardinalium priuatim habere conceditur ad naturæ neceſſitatē, cætero qui ita locus occludendus eſt, vt nemo aut ingredi, aut egredi poſſit, ſed nec etiam ſecretò Cardinalem alloqui, nec accedentes vllos admittere ad ſe debent, niſi forte de communi Cardinalium conſenſu hoc fieret, vt putā quia res neceſſarias electioni adminiſtrarent. Præterea nemini cuiuſcunq; gradus licere, aut nuncios, aut literas intus mittere, nec ſecretò alloqui, maioris excommunicationis pœna cauetur.[a] Iam vero ingreſſis Cardinalibus locum, omnibus curis poſtpoſitis, ad nouā electionem procedere debent, optima mente, animoq;, ſummo ſtudio, ac diligentia ſingula obſeruantes.[b] Qui autem ſingulas ſententias, ſiue vota rogeāt, ut ſuffragia colligant ex tribus Cardinalium ordinibus eligi ſolent.[c] Is uero, qui duarum partium uoces tulerit in conclaui præſentium, nominatusq; fuerit, atque electus, ſtatim pro Pontifice habendus eſt, ſinguli autem Cardinales debēt ſine ſolemnitate ulla, ſigillatim ſententiam rogari, abſque iuris ſubtilitate, ut patet.[d] Nec unus Cardinalis inexpectatus, aut contemptus iniuriarum agere poteſt, ubi duæ partes Cardinalium in conclaui conuenerint, atq; ſuffragia tulerint.[e] Poſſunt etiam antequàm rogentur de communi conſenſu conſtituere inter ſe, ut ille ſit Pontifex, qui in comitiis à pluribus nominatus fuerit, licet is numerus duarum partium non eſſet, nam hoc modo Cardinales omnes conſentiunt.[f] Sciendum eſt præterea Cardinales ad illas ſeruandas formas, quas ſacratæ conſtitutiones in aliis electionibus iubent minime aſtringi, quicunq;.n. modus ab illis ſeruatus fuerit cōprobandus eſt, nē pe quo citius eligatur Pontifex. Vſus autē obtinuit, ut cuiq; ex Cardinalibus tres nominare liceat, hoc modo cōſentio primo A. ſecundo. B. tertio. C. ex qua nominatione cuilibet nominato ius quæritur, unde ſi hoc modo, quis tulerit uoces duarum partium, aut plures, is erit Pontifex.[g] Atq; ſic nominatus uerus erit paſtor, ſummus Sacerdos ſine ulla exceptione, nec aliquis impedire poteſt, quin conſecretur, niſi fortaſſe obſtinate hæreticus eſſet,[h] nec de dolo, aut culpa eligentium queri licet, aut aliquid opponi, nimirum quis eſſet iudex? unde ſi tertia pars contra

a c. vbi maius. §. in eodem, & §. nulli de elect. in. 6. cū ibi not. expreſſe Archi. Io. mo. & Ioan. And. in nouell. & Clemen. ne Rom. eod. titu.

b c. In nomine domini. 23 diſt. 79. diſ. c. ſi quis apoſt c oportet cum duob. ſeq. c. licet de vitāda de electio. c. vbi maius eod. libr. 6. Clem. ne Roma. eod.

c not. Hoſt. in. c. licet de elect.

d in. c. licet de elect.

e Io. And. in. c. vbi maius in gl. ord. in verb. decem dies. de ele. in. 6. qui citat. c. licet de elect.

f ita Io. And. in c. licet in Clem. ne. Rom. in verbo reprobamus de elect. quē ſequuntur Hoſti. & cōpoſt. in. c. licet de vitanda de elect.

g ita Paul. in Clemen. ne Romani de elect.

h xl. diſtin. c. ſi Papa.

& diuino ſatis probatum ſit, vt cuilibet animaduertenti Luce Clarius apparebit, apertèq; hoc probat Epiſcopus Tholonen. libro ſuo de propoſitionibus eccleſiam Dei tangentibus propoſitio. 16.

De cardinalibus de summo sacerdotio certantibus, ſi inter ſe unà conueniant, atq; Concilium uniuerſum denuncient, an in ſuſpicionem hæreſis uocandi ſint. *Cap.* xxxii.

Cvm ſola animi pertinacia obſtinatè, contra bonum publicũ, atq; pacem vniuerſam eccleſiæ, Cardinales aliqui, dum inter ſe contẽdunt de Pontificia dignitate, quam Pontifici rite inſtituto non modo ipſi, ſed Chriſtiani omnes debent, detraxerint. Iuxta ea, quæ docent Ciprianus, Hieronymus, Ambroſius, & Auguſtinus,[a] non poſſunt vllo modo Cardinales inter ſe ſic cõtendentes, hæretici exiſtimari, quoniã vniuerſum concliũ cõuocare diſtulerint, aut denegauerint, ſed potius in eadem ſententia permãſerint. Amplius magis ſunt cõmendandi autoritate, ſiquidẽ eis permiſſa funguntur, vniuerſamq; eccleſiæ pacem quærunt, ac toto animo intenti ſunt, quemadmodũ hæreſes omnes procul à Christi eccleſia ablegentur, à cuius inſtituto nunquã ſibi diſſentiendum eſſe decreuerunt.[b] neq; ſane obſtare debent quicunq; proceſſus, ſententiæ, aut fulminationes (vt appellant) hinc inde latæ à contendentibus, quinimo vtriuſq; partis Cardinales neceſſario, ſi propriã ſalutem diligũt, laborare debent in extirpãda huiuſmodi diſſenſione, eorũq; cõ collegiũ, in eodem loco cõgregare, & quemlibet contendentiũ deſerere pro concordia vniuerſa, atq; concilii congregatione, omni prorſus depoſito metu excõmunicationis, hæreſis, aut cuiuſcunq; periculi, cum diuinæ legis autoritate innixi hoc faciant pro communi omnium ocio, & pace, neq; propter obedientiam non præſtitam ſunt accuſandi, cũ etiam Paulus Apoſt. Petro obſtiterit,[c] ſacræ etiã conſtitutiones omnibus ſtudiis, & priuilegiis exornarunt collegiũ Cardinaliũ pro hæreſi extirpanda,[d] liceat itaq; Cardinalibus hoc caſu diſſentire à cæteris, collegia ſeparatã habere, omni cuiuslibet ſuſpicionis metu depoſito, quia vt Auguſtinus ait, qui peccat, non peccat legis autoritate,[e] carent etiam iuſto crimine, ſi Antiſtitem, ſeu præfectũ ſuũ deſeruerint, cũ eũ monuerint. vt in hanc curã tollendæ hæreſis incũberet, ipſe vero, aut rem diſtulit, aut neglexit, legitur.n. in ſacris literis mandaſſe Devm vt à tabernaculis Datan, & Abiron ſerẽtes opiniones peruerſas, ſepararẽtur, & ita factum eſt.[f] Cuius rei ratio eſt, quoniam cum Cardinales vnũ corpus cũ Rom. Pont. efficiãt in adminiſtratione vnius S. Catholicæ eccleſiæ,[g] nõ modo iure diuino, ſed cõi etiã & naturali, autoritatẽ, ac poteſtatẽ habẽt huiuſmodi corporis, ſtatuſq; ipſorũ tuẽdi atq; ſeruãdi, qua rõne nihil omittere debẽt, ꝙ ad cõciliãdas ſeditiones, parãdãq; vniuerſæ eccleſiæ cõcordiã pertineat, prætereà humanis corporibus natu-

H ra in-

a xxiiii. q. 1. loquitur. c. omnibus & c. quoniã vetus D. Thom. 2. 2. vbi agit de mate. hæreſis, & ſciſm.

b Card. Came. lib. de vnion. eccle. par. 1.

c ad Gal. 2. c. 2. q. 2. c. Paul. Aſt. 15. & 16.

d c. ſiquis pecunia c. ſi duo contra fas. lxxix. diſ.

e 23. q. 4. c. qui peccat.

f nu. 16. 7. q. 1. deniq;. xxiiii. q. 1. c. non afferã. c. licet de euitã. de elect.

g c. fundamẽta & c. vbi maius de elect. c. felicis de pœn. in. 6.

ra indicit, mirum ſui ſeruandi ſtudium, ita vt difficillime diuidi à ſe ipſis ac diſtrahi patiātur, quinimo de ſua ipſorū acceſſione, atq; reparatione ad modum ſollicitos eſſe videmus. Quare miſticū iſtud eccleſiæ corpus naturam imitetur oportet, cum ab ipſa eius pendeat autoritas diuino conſilio confirmata. [a] Cum autem corporis huius caput ſummus Rom. Pontifex, aut noluerit, aut diſſenſionib. ob ortis mederi, aut remedia adhibere diſtulerit opportuna, tunc membra ſimul coacta, hoc eſt collegium Cardinalium curam illam ſuſcipere debet, concilium commune denunciando, neq; reprehendendi ſunt, ſi ſe à cæteris diſſentiētibus ſeiunxerint Cardinales, ſed miris potius laudib. extollendi.

De potestate cardinalium in denunciando concilio *uniuerſo propter quancunque cauſam impendentem Eccleſiæ.*

Cap. XXXIII.

SVMMO Romano Pōtifice, & ſanctæ Apoſtolorum ſedis, atq; vniuerſæ eccleſiæ ſingulos Cardinales adiutores & conſiliarios exiſtere diximus, [b] & ob hanc cauſam illa omnia, quæ ad Pontificem pertinent, vbi magnum impendet periculum, ſi is noluerit, aut occurrere neglexerit ab ipſis cardinalibus eſſe pertractanda pro iure ſuo, quo quidē participes ſunt Pontificiæ autoritatis, atq; in eodem Collegio Apoſtolorū fratres, principem locū à Pōt. in eccleſia habentes, ad illius adminiſtrationē, decus, & vtilitatem inſtituti, [c] ratio. n. tēporis, tunc ea eſt, vt cogat proximos antiſtites hoc eſt Cardinales ad ſuſcipiēdam Chriſtianæ reip. curā, alioquin iura omnia, & poteſtatē amiſſuræ. [d] quo tempore, cum magis quam Chriſtiani omnes, obnoxii ſint Romanæ eccleſiæ Cardinales propter egregia beneficia, quæ ab ipſa acceperunt, debent autē (ita. n. iubet caritas) non ſolum animo, ſed re ipſa eccleſiæ cōſulere, vt quemadmodū Cardinibus hoſtiū regitur, vertiturq; in ipſis, ſic eccleſia Cardinaliū ope regatur oportet, [e] Cardinaliū itaq; intereſt in caſib. huiuſmodi ſuſcipere curā omnē chriſtianæ reipub. [f] Nec poſſunt iis caſibus reprehēdi quod ſeſe immiſceāt in reb. minime ad ſe pertinētibus, ſed potius laudibus efferri debēt, quod laborāti eccleſiæ opē tulerint. [g] Quinimo ad ipſos pertinet, vt conditiones illas, quas omnino obſeruare debent vbique præſtent, eæ ſunt, quædam videlicet, erga DEVM religio, [h] vniuſcuiuſq; obediētia erga eos, qui præſunt. [i] Honor maioribus exhibēdus. [k] pietas filiorum in parentes, [l] amor erga proximos. [m] Atq; hoc DEVS omnipotēs tradidit, ius & ratio vniuerſa, vt in qualibet adminiſtratione ſi caput nequeat, mēbra illius munus obeāt neceſſe eſt, quo quidē argumēto quotieſcūq; eccleſie opus eſt, ipſa per Cardinales eſt adminiſtrāda, tanq; ipſius membra capite impedito, etenim politica omnis præſcribit ratio, vt

penes

a 1. diſt. ius natural. §. ſed naturalia inſtitu. de iur. nagēt. & ci. c. quæ ad perpetuam. xxv. q. 1.
b xviii. diſt. c. In nomine domini. lxxix. diſ. c. 1. & c. ſiquis đ ele. c. fundamēta. c. felicis đ pē. lib. 6.
c c. ſacroſancta cum ibi not. ab Archi. & Io. 22. c. Conſtantinus xxvi. c. eccleſia habet. 26 q. 1.
d c. & tēporis. 16. q. i. c. placuit xvi. q. 3.
e c. 5. vt in Romana in fin. 22. diſ. expreſſe, Hoſtien in ſum de pœniten. de remiſſ. in verſ. papa & verſic. cui Cardinalis.
f c. coram & c. querelā de elec. gloſ. in. c. 2. de officio Archid. Hoſtiē. in ſum. eod. titu. §. quæ pertinent.
g c. vbi maius i verſ. vel niſi aliquid tam graue de elect. in. 6.
h 22. q. 4. c.
i c. qui ſe ſcit. q. vii.
k c. 2. de officio de le. in. 6. c. ad hoc. 89. diſt.
l 1. q. v.
m 86. diſt.

penes potentiores ciuitatis rege deficiente ſit adminiſtratio. At iam ſatis abunde conſtat propter ſanctitatem illius ſtatus, quem tenent in eccleſia Cardinales collegij dignitatem atque autoritatem ampliſsimam cæteris omnibus eſſe propoſitos, atque ita conſueuiſſe appellari quingentis amplius annis, eoq; amplius ſumma omnium populorum pace atque conſenſu, ita quod poſt ſummum Pontificem nulla maior dignitas in eccleſia exiſtat quam Cardinalium.

DE ABDICATIONE DIGNITATIS CARDINALATVS SOLEMNI (ut uocant) depoſitione facienda propter magnam cauſam. Cap. XXXIIII.

SACRATAE conſtitutiones docent non poſſe Cardinales dignitate illa priuari, niſi propter magnam cauſam, multa atq; diuturna animaduerſione, à ſummo Pôtifice more ſolemni, & ex ſententia cæterorum Cardinalium, qui tunc temporis Romæ fuerint.[a] Magna autem cauſa eſt, vt puta ſi reperiatur in Cardinali cauſa aliqua, quæ tergiuerſatione cælari non poſsit, eaq; perturbationis cauſam afferat vniuerſæ eccleſiæ.[b] Tantum enim abeſt vt propter dignitatis præſtantiam ipſi legibus non ſubiaceant, vt ſummus etiam Pontifex legibus parere debeat,[c] in communi etiam concilio eccleſiæ. Syluester Pontifex hoc ipſum conſtituit, vt Cardinalis Epiſcopus dignitate ipſa priuari non poſsit niſi ſeptuaginta duobus teſtimoniis in iudicio ſolemni proceſſu facto coram Pontifice conuictus fuerit, Præsbyter autem Cardinalis ſexaginta quatuor teſtibus conuictus condemnari poterit. Diaconus poſtremò non niſi viginti ſeptem teſtimoniis condemnatur, qui omnes neceſſariò in ſingulis Cardinalibus puniendis requiruntur idonei.[d] Debent autem condemnationes huiuſcemodi pœnam ipſam præcedere, proceſſus autem pœnam, vt (nos loquimur) ſpiritualem continere, omniaq; adminiſtrari debent, magno conſilio & maturè, vt ſi forte delinquentes ad ſe redirẽt, recipi poſsint in priorẽ locũ reſtitui,[e] quod quidẽ priuilegiũ DEO annuente Cardinalibus tributum eſt propter audaciam & violentiam improborum hominum, qui facili negocio colllegium ſacroſanctum, & ſingulos Cardinales accuſarent, atque perſequerentur, eis vero per fraudem eiectis ſuos in eorum locum ſubſortiri curarent.[f] Si quis itaque Cardinalium, obſtinato animo ſummo Romano Pontifici parere noluerit, aut ab ipſo deſciuerit, ſanctaq; Romana ſede, & re ipſa effecerit, vt ſit propè offendiculum Chriſtianis hominibus, aut ſi hæreſes contra eccleſiam ſuſcitauerit, ſine dubio dignitate ipſa & nomine ſpoliandus eſt.[g] Scelus enim admittit ethnico homine dignum, qui S. Romanæ ſedi parere contemnit D. Grego.[h] Meritò inquit dolore ſuæ ruinæ proſtratur quiſquis

a c. ad ſuccindẽdas, de ſciſ. in 6.

b iuxta Eſaiæ ſomnium, c. vj.

c l. digna uox. C. de legi. c. innotuit, de elect. c. fin. de reſcrip. in 6. xxv, q. 1. c. contra ſtatuta.

d c. præſul. v. q. iiij.

e c. ad ſuccindẽdas de ſciſ. in 6.

f ita Io. Fauen. Bar. Brix. Guid. de Bayſio. Archi. in roſ. in c. præſul. v. q. iiij.

g c. ad ſuccindẽdas de ſciſ. in 6.

h in c. ſi qui sũt lxxxj. diſt.

quos dignitate prępollere diximus cerńere poſsis.Nomina igitur, Agnomina,& Patriam ſingulorum in hunc modum ſubiecimus.

R. D. Rodvlfvs Pius Carpen. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus Collegii Decanus. Epiſcopi Cardinales.vi.

R. D. Franciſcus Piſanus Venetus, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ. Paulus Papa.iii Leo Papa x.

R. D. Fridericus Ceſius Romanus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus. Paulus Papa iii

R. D. Ioannes Moronus Mediolanenſis, Epiſcopus Card. Prænestin.

R. D. Chriſtophorus Madrucius Germanus, Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis.

R. D. Otho Truchſes de Vualdburg, German. perp. admi. Epiſcopatus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus Cardinalis Albanenſis.

R. D. Georgius de Arminiaco Vaſco Gallus, perpetuus adminiſtrator Epiſcopatus Ruthenenſis.tt.S.Nicolai in carcere Tulliano. Presbyteri Cardin.xxxv. Paulus Papa iii

R. D. Franciſcus de Mendozza Hiſpanus perpetuus adminiſtrator Epiſcopatus Burgenſis.tt.S.Euſebii.

R. D. Henricus Portugallenſis perpetuus adminiſtrator Archiepiſcopatus Elborenſis.tt.SS.Quatuor Coronat.

R. D. Raynutius Farneſius perpet. adminiſtr. Archiepiſcopatus Rauennatis.tt.S.Angeli.S.R.E.maior Pœnitentiarius.

R. D. Carolus de Lotharingia Campanus Gallus, perpetuus adminiſtrator Archiepiſcopatus Remenſis,ac Par Franciæ, tt. S. Apollinaris.

R. D. Carolus Borbonius de Vendoſme Picardus Gallus, perpetuus adminiſtrator Archiepiſcopatus Rothomagenſis, &.tit.S. Chryſogoni.

R. D. Tyberius Criſpus Romanus.tt. Sanctæ Mariæ Tranſtyberim.

R. D. Chriſtophorus de Monte Arretinus.tt.S. Praxedis. Iulius Papa iii.

R. D. Fuluius Corneus Peruſinus.tt.S.Agathæ.

R. D. Ioannes Michael Sarracenus Neapolitanus.tt.S.Anaſtaſiæ.

R. D. Ioannes Riccius Politianus.S.Vitalis.tt.Veſtinæ.

R. D. Ioannes Baptiſta Cicada Genuenſis.tt.S.Clementis.

R. D. Bernardinus Scotus Sabinus perpetuus adminiſtrator Epiſcopatus Placentin.tt.S.Matthæi. Paulus papa iiii

R. D. Scipio Rebiba Siculus S.Pudentianæ.tt.Paſtoris.

R. D. Ioannes Suauius Reumanus Vaſco Gallus tt.S.Priſcæ.

R. D. Ioannes Antonius Capiſuccus Romanus, perpetuus adminiſtrator, Epiſcopatus Lauden.tt.S.Crucis in Hieruſalem.

R. D. Laurentius Strotius Florentin.perpetuus adminiſtra. Epiſcopat. Biteren.tt.S.Balbinæ.

R. D. F.Michael Giſlerius Alexandrinus Ordinis Prædicatorum perpetuus adminiſtra. Epiſcopatus Montis Regalis.tt.S. Sabinæ.

R.D.

ulus Papa iii R. D. Clemens Olera de Monlia Ligur. Ord. Min. de Ob. perpetuus admin. epiſcopatus Fulginatis. tt. S. Mariæ in Ara Cœli.

R. D. Iacobus Sabellus Romanus, perpet. admini. Archiepiſcopatus Beneuen. tt. S. Mariæ in Coſmedim Vicarius papæ.

us Papa iiii. R. D. Ioannes Antonius Sorbellonus Mediolanenſis, perpetuus Adminiſtrator Epiſcopatus Nouarien. tt. S. Georgii ad velum aurium.

lius Papa iii. R. D. Ludouicus Cornelius Venetus, tt. S. Theodori.

us Papa iiii. R. D. Bernardus Saluiatus Florent. perpetuus admin. Epiſcopatus Claromontani. Prior Romæ vrbis. tt. S. Simeonis.

R. D. Stanislaus Hoſius Polonus Perpetuus Adminiſtrator. Epiſcopatus Varmien, tt. S. Laurentii in pane, & petna.

R. D. Petrus Franciſcus, Ferrerius, Pedemontanus, tt. S. Agnetis in Agone.

R. D. Ludouicus Simoneta, Mediolanenſis. tt. s. Cyriaci in Thermis.

R. D. Antonius Pernottus Burgundus perpetuus Adminiſtrator. Archiepiſcopatus Maclinien. tt. S. Bartholomei in Inſula.

R. D. Philibertus Babo de Burdeſiera Gallus, perpetuus Adminiſtrator Epiſcopatus Engoliſmen. tt. S. Xyſti.

R. D. Marcus Antonius Amulius Venetus. tt. S. Marcelli.

R. D. Hieronymus Auſtriacus Corrigieſis tt. S. Stephani i Cœlio mōte.

R. D. Bernardus Nauagerius Venetus perpetuus Adminiſtrator, Epiſcopatus Veronenſis tt. S. Nicolai inter imagines.

R. D. Io. Franciſcus Gambara Brixienſis. tt. SS. Petri, & Marcellini.

R. D. Franciſcus Paciecus Hiſpanus. tt. S. &c.

R. D. Fridericus, Gonzaga Mantuanus. tt. S. &c.

R. D. Carolus Borromeus, ciuis, & electus Archiepiſcopus, Mediolanen. S. Martini in Mont. &c.

iaconi Cardi les. xvii. aulus Papa iii. R. D. Alexander Farneſius Romanus, electus Archiepiſcopus Montis Regalis. S. Laurentii in Damaſo. S. R. E. Vicecancellarius, & Auinioñis Leg.

R. D. Guido Aſcanius Sfortia Romanus. S. Mariæ in Via lata. S. R. E. Camerarius.

R. D. Nicolaus Caietanus de Sermoneta Rom. elect. Archiepiſcopus Capuanus. S. Euſtathii.

R. D. Hippolytus Eſtenſis Ferrarienſis, electus Archiepiſcopus Auxitanus. S. Mariæ in Aquiro.

R. D. Iulius de Ruere Vrbinas, S. Petri ad Vincula.

lius Papa iii. R. D. Innocentius de Monte Arretinus. S. Calliſti.

R. D. Ludouicus Lotharingus de Guiſa Campanus Gallus electus Epiſcopus Albienſis. S. Thomæ in Parione.

R. D. Hieronymus Simon cellus vrbeuetanus. SS. Coſmæ, & Damiani.

R. D.

R. D. Alfonſus Carafa Ciuis, & electus Archiepiſcopus Neapolitanus. SS. Ioannis & Pauli. Paulus papa iiii

R. D. Vitellotius Vitellius. Tifernas. S. Mariæ in Porticu. Paulus papa iiii

R. D. Aluiſus Eſtenſis Ferrarienſis, electus Epiſcopus Ferrarien. S.

R. D. Ludouicus Madrucius Germanus, electus Epiſcopus Triden. S. Onophrii.

R. D. Marcus Siticus de alta Emps, Germanus, electus epiſcopus Conſtantien. SS. xii. Apoſt.

R. D. Franciſcus Gonzaga Mantuanus, electus Archiepiſcopus Coſentin. S. Laurentii in Lucina.

R. D. Indicus Aualos de Aragonia Neapolitan. S. Luciæ in ſepuſolio.

R. D. Alfonſus Geſualdus, Neapolitanus electus Archiepiſcopus Conſanus, S. Ceciliæ.

R. D. Ferdmandus Medicis Florentinus, Electus Archiepiſcopus Piſanus. S. Mariæ in Dominica.

Deciſiones ad Cardinalatum ſpectantes IN HVNC MODVM SVBIECIMVS.

De sacro sancto collegio.

Deciſio I.

CARDINALIVM in primis officium eſt ſummo Pontifici aſsiſtére ad negotia eccleſiæ adminiſtrãda; à cardine enim nomen ipſum ductum videtur, vt quemadmodũ cardo hoſtio deſeruit, ſic Cardinales Pontifici gloſ.in.c.2. extra de off. Archid.Io. And.in.c.ad liberandum de Iud.Archid.in.c.ſacroſancta.22.diſtin. quoniam ſunt illi cardines, circa quos vniuerſa orbis machina vertitur, vt amplè Io.de lignano ĩ tra.de bello, pag.9.ĩ libro meo; Inſigne autem præcæteris eſt Cardinalium cœtus, cuius Pontifex caput exiſtit, Cardinales verò membra glo.in extrauag.execrabilis, in verbo ſub limitatem Hoſt.Io.And.in.c.antiqua de priuileg. Anchar.in conſilio. 295. ideoq; pars corporis eiuſdem appellantur.c.ſi quis.6. quæſtione prima. l. quiſquis.c.ad legem iul. maieſt. & ob hanc cauſam ad iuramentum fidei præſtandum minimè adiguntur, Hoſt.Io.And.in d.c. antiqua de priuileg. Card.Iacobat.ſummus canoniſta ſuo tract. de concil.lib.1. fol. 33. qui cum vnum ſint corpus, ſi quidem à ſe ipſo aliquem iuſiurandum exigere operæ prætium non eſt, itaq; neq; etiã à Cardinalibus, Ludoui.Roman.copioſè cõſil.vltimo, Ant.but.in.c.antiqua de priuileg. & ibidem Henric. boic. num.4. Qua ratione collegium eorum ex bonis, quæ Pontifici donantur dimidiam conſequi debet, Io.And.in.c.antiqua eo. & in.c. requiſiſti extra de teſtamen. firm. in Repertor, in verbo collegium, Iacobat. de concil. lib.1.fol.33.l.c.

Deciſio II.

Cardinalium cœtus à Pontifice, qui dignitatum omnium finis, & culmen eſt, Bal.in.c.1.quis dic.dux, tamquam à ſuo capite, parteq; nobiliori omnem accipit ſplendorem, arg.tex.in.l.prima.c.de præpo.lib.xii.Anchar. in conſil.295.hinc itaq; ipſi Cardinales, Senatores, patres amplisſimi, Patriciiq; nũcupantur.c.eccleſia.22.q.1. Bart.in.l.1.in.§.de qua.de poſt. Io. And, in.c.cũ te de re.iud.c.Cõſtantinus.96.diſtin. Qui quidem poſt Imperatorem in ſummò dignitatis gradu collocati erant, neq; etiam poſt Pontificem vllus honor Cardinalatu maior reperitur, Hoſtien. Io.and. Imol.in.c. dilectus de præbend.Deci.in.c.cũ venerabilis de excep.in. c.in præſentia, in fine,

Dei ſunt, ſed quæ hominum, oſtendens mandatis, & conſtitutionibus hominum Dei voluntatem euerti nullo modo debere. Neque ſanè aliud eſſet auctoritate priuare Cardinales, quàm perdere eccleſiã ipſam, ad cuius pacem, ocium, atque fœlicitatem ipſi Cardinales ſunt electi. Itaque iure optimo, principem in ea locum tenent, ſuntquè fratres ipſius Pontificis, atque adiutores, eccleſiæ filii, quæ quidem omnia pluribus ſanctorum patrum conciliis, iam mille amplius annis ſunt confirmata.[a] Pontifex autem nihil conſtituere poteſt, quòd eccleſiæ præiudicet.[b] Cum ergo pronunciaret non eſſe idoneum electioni Cardinalem, aut re ipſa efficeret, vtique eccleſiæ ſtatum immutaret, quòd facere nullo modo poteſt.[c] Infringeret etiam quod ad vtilitatem omnium perpetuam tantis ſeculis eſt obſeruatũ, quòd nullo modo poteſt.[d] Impediretur quoque electio futuri Pontificis, quòd eſt Cardinalibus cõmiſſum. Cum vero ipſe Pontifex vehementius Devm amare debeat, quæque ad eius fidem pertinent diligentius obſeruare. Qui quæſo diuina euertere poterit?[e] Nec poteſtas eligendi ſibi ſucceſſoris tradita eſt Pontifici,[f] Sed Cardinalibus tota eſt permiſſa. Patet igitur omnẽ eligendi Pontificis auctoritatem, penès collegium ſacroſanctum ſemper reſidere, ita quod nullis obſtaculis impediri, nullis hominum conſtitutionibus euerti poſſit.[g]

DE ONERE DD. CARDINALIVM IN CONSERVAtione bonorum & iurium eccleſiæ, quæ re ipſa Papa perderet, aut alienaret. Cap. XXIIII.

CARDINALES Romanæ Eccleſiæ collegii Apoſtolorum vicem gerentes, maximam poteſtatem atque auctoritatem habent pertractandi omnia, quæ ad eccleſiam pertinent, aut pericula, diſſenſiones, iacturam, Chriſtianis minantur, veluti, ſi videant bona eccleſiæ dilapidari, iura amitti, voluntate Pontificis, aut quouis alio modo, grauiora onera, & exactiones per tyrãnidem imponi, hortari debent Pontificem, ne à recto deflectat tramite, ipſique obſiſtere, pro ea auctoritate, qua maiori, poſt Pontificem poſſunt in eccleſia, ad quos præcipuè facultates, & iura Pontificia tueri pertinet.[h] Et D. Hieronymus inquit, non eſt facile ſtare loco Petri, & Pauli & tenere locum cum Christo regnantium. Sal ſi euanuerit, cui eſt vſui?[i] & Paulus hos gradus inquit, Christvs in eccleſia poſuit.[k] Primum Apoſtolos præmiſit, loquitur autem ibi per ſimilitudinem membrorum corporis humani, vt non ſit ſciſma in corpore, ſed

tioni de ſenten. excom. in fine.
l c. licet, & c. vbi maius cle. ne Romani de elec.
m 23. diſt. c. in nomine domini 79. diſt. c. ſi quis Apoſt. c. oportebat, & c. ſi nec non. c. fin. & c. licet de elect. c. vbi maius clem. ne Rom. eo. tit.
n Pau. ad Roma. 13.
a c. Conſtantinus. 96. diſtin. 3. c. bonæ in. 1. de elect. c. licet eo. tit. c. vbi maius. c. fundamenta, de elect. c. [illegible]cii, & c. legatos de off. leg. lib. 6.
b c. & ſi illæ. 1. q. 7.
c 9. q. 3. c. principalẽ, & ibi gl. quæ incipit ſic papa.
d xxv. q. i. c. quæ ad perpetuã mitteretur, & ibi gl.
e c. literas de reſti. ſpolia. c. quãto de conſue. ibi Inno. cle. paſto. de re iud. c. fundamẽta de elect. in. 6. Arch. Ioan. An. Inno. Hoſt. in c. ĩquiſitionis de ſent. excom.
f 7. q. 1. & ibi glo. 8. q. 1 ſi Petrus ibi Arch. in roſ.
g c. ſicut xv. diſ.
h c. non liceat papæ xii. q. 2. c. Nos ſi incompetenter. 2. q. 7.
i c. nõ oẽs. 2. q 7
k 1. ad Cor. 12.

vt de toto corpore ſeruando membra ſint ſolicita, ex quo loco manifeſtè apparet Rom. Paſtorem, ad exemplum Petri Apoſtoli, qui Linum, & Cletum ſibi adiutores, & conſiliarios inſtituit in adminiſtranda eccleſia Cardinales, quorum officium eſt in ſummis difficultatibus eccleſiæ conſulere.[a] Vbi autem Petri ſucceſſor, cui liberè adminiſtratio bonorum omnium conceſſa eſt, ſiue ad Romanam eccleſiam, ſiue ad cæteras vniuerſi orbis pertineant, tanquam ſeruo prudenti, quem dominus præfecit familiæ ſuæ,[b] nullo officio aut fide commonitus, illa erogaret, aut peſſundaret, tyrannicè etiam, oppreſſis pueris, & ancillis DEI, iuxtà euangelium Luc. ſupra citatum, quoad honeſtè fieri poſſit, occurrere, exemplo ſit, Paulus qui perpetuo fuit in officio, non tantum prædicationis, & doctrinæ, ſed etiam adminiſtrationis quotidianæ, vt ipſemet teſtatur.[c] Cum haberet arma non carnis, ſed virtutis à DEO, ad perdendos inimicos, ad deprimenda conſilia improba, & faſtus hominum aduerſus ſcientiam DEI, ad redigendas humanas mentes in obſequium CHRISTI, & vlciſcendos, qui non paruiſſent.[d] Cardinales autem poſſe obſiſtere Pontifici in caſibus prædictis, ecce tibi Paulum qui D. Petro reſiſtit.[e] Ideo Pontifici debent aſſiſtere, libera afferre conſilia, neque vllo metu à veritate deflectere.[f] Dicentes cum Paulo, hæc omnia noſtra ſunt, nos autem CHRISTI,[g] vt his rebus Pontifex in viam redeat, & peruerſum deponat animum perdendi eccleſiam, intelligatque nihil ſuperfluum eſſe in diuinis præceptis, & ſtatu eccleſiæ, dum per mundi Cardines adminiſtratur, ſunt enim veluti ſonora quædam tuba, quæ continuè animos excitat ad rectè agendum, prædicat, admonet, atque hortatur fideles omnes.[h]

a c. fundamẽta, §. decet de elect. in 6. notat. ibi Archi. Io. mon. & Ioan. And. c. felicis de pœ. §. vnico de ſuſ.
b Luc. xii.
c 2. ad Cor. 11.
d 2. ad Cor. 10. item etiam D. Ambro. in c. beati Apoſt. 5. q. 7.
e ad Galat. 2.
f c. fundamẽta. §. decet de elect. in 6.
g 1. ad Cor. 3. in fin.
h c. huius obſeruantiæ ad fi. 76. diſtinct.

DE AVCTORITATE DD. CARDINALIVM *in ſcandaloſis à Papa geſtis ſummopere exercenda.* Cap. XXV.

LOCVS eſt Deuteron. XVII. vbi iubet Dominus quotiens aliquid difficile, aut ambiguum populo DEI occurrat, rem deferendam eſſe ad ſacerdotes Leuiticos, quorum locum Cardinales ſortitos eſſe diximus. Sic itaque in lege euangelica, iure illo Leuitico,

de Car-

de Cardinalibus dicendum eſt, quod teſtatur Innocent. Pontific. tertius.[a] illorum autem ſententiam ſequi DEVS Opt. Maximus populo ſuo præcepit, nec ab ea ad dextram vel ſiniſtram deflectere.[b] Nicolaus etiam Papa II. Cardinales conſiliarios, atque adiutores eſſe Pontificis teſtatur in quibuſcunque negociis, & omni tempore.[c] Patet igitur Cardinalium intereſſe, ſi per tyrannidem, aut auaritiam, aut quouis alio facinore nefario Pontifex eccleſiam perderet, ei occurrere, obſtare, atque officii ſui admonere, quod ſi perſeueraret, eum tanquam furioſum reprimere poſſunt, ſicuti enim cum caput dolet, aut peccat, condolent membra omnia, quoniam non ſibi tantum peccat, ſed totum corpus afficitur. Ita male ſe habente Pontifice, debent illius membra valde de eius ſalute eſſe ſolicita, Pauli exemplo, quem locum ſupra citauimus, & in legibus etiam Moyſis Aſina reprehendit Balaam, qui hunc ipſum ſacerdotem ſignificabat,[d] debent autem non peruerſe, aut irate hoc facere, ſed amice primo, adhibita euangelica doctrina, amouendo etiam perſonam ipſam a rerum adminiſtratione, vt quoad fieri honeſte poſsit reſiſtant, dignitatisq; Pontificiæ magna habeatur ratio, agitur enim ſalus & quies omnium populorum.[e] Atque hoc Cardinales ex officio ſuo facere debent, tanquam proximiores Pontifici, vnde in ſacris literis ſic legitur.[f] Cum audiſſent ſui, exierunt &c. præ cæteris autem locis, cum is qui eccleſiæ præeſt contra ius, aut legem diuinam facit, aut iniqua moliri iubet, ad rem pertinet Pauli ſententia.[g] Et ſi nos inquit, aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis, plæterquam, quæ vobis euangelizauimus, anathema ſit,[h] & Paulus dicit eum eſſe anathematizatum, hoc eſt ſeparatum ab aliis fidelibus, nec in huiuſmodi rebus ei adhærendum eſt, licet Pontifex, obſtandum potius teſtimonio Symaci Pont. Non enim inquit cum Apoſtolicæ ſedis priuilegio, ſucceſſores D. Petri Apoſtoli peccando licentiam acceperunt.[i] Cum igitur Petri eiusq; ſucceſſorum ſtatum vtrunque retineant Cardinales, ſcilicet Apoſtoli, & Paſtoris apud omnes credentes, cum generali illa poteſtate adminiſtrandæ vniuerſæ eccleſiæ, quo quidem munere functi ſunt Apoſtoli poſt CHRISTI mortem, ac miſsionem ſancti ſpiritus Hieroſolymis vna degentes, poterunt ſine dubio Pontifici obſtare, eumq; retinere in caſibus ſupradictis ad exemplum Apoſtolorum, qui Petrum admonent,[k] ad quos etiam pertinet vniuerſæ eccleſiæ adminiſtratio, vt probat Cardinalis Camerac.[l] Qui etiam dicit, quod ſicuti collegia, aut cœtus priuatarum eccleſiarum præſuli ſuo, aut auare, aut nulla fide eccleſiæ bona diſtribuenti obſtare poſſunt, præſertim ſi in priuatum, ac propriũ vſum illa conuerteret, dilapidaret, aut perderet, ita Cardinales cum fratres ſint, atq; adiutores Pontificis, ei obſtare permiſſum eſt, qui licet vniuerſos iudicet, ipſe aũt a nemine iudicetur.[m] veruntamen inquit gl.[n] ſi Papa in aliquo ſcelere deprehẽdatur, neq; admoni-

a in c.per venerabilem. §. ſa ſupra citato.
b vt eod.c.xv Deuteron.
c c.fundamẽ §.decet de ele
d c.Paul. Pe §.item cum Balaam.2.q.7.
e c.fundamẽ de elect.c.feli de pœn.lib.6. xl.diſtin.c.ſi Papa cum ibi no in gl.Arch. 2. 7.Nos ſi incompetenter.9.q. c.per principalem.12.q.2.c. non liceat pap 15.q.1 ca 1.ca ſunt quædam ſatagere a cau & c.licet de v tand.de elect. ibi not.ab Ho ca.propoſuit c conceſs. præb c.per venerabi qui fil. ſint leg c.cum ad mon ſterium de ſta mona.c.nouer & c. inquiſiti ni de ſenten.e com.clemen. Romani de e clem.Ro.Pri cipes de iurei ran.clem.paſt ralis de re. iu cũ ibi notat. verbo de frat noſtrorũ conſ
f Marc.4.
g ad Galat. 1
h 11.q.3.c.ſi qui vbi gloſ.
i xl.diſt.c.ſi p
k actor.xv. xv
l li.de poteſta te eccleſiæ pa r.c.2.&3.
m 40.di.c.ſi p
n ibi.c.ſi pap

tus ſe ipſum corrigat, & actionibus ſuis Chriſtianis hominibus occaſionem delinquendi præbeat, Cardinales illa facere debent quæ diximus.[a] Neque enim inquit ferendus eſt Pontifex, ſi contra eccleſiam ipſam & leges faciat, neque ipſius præceptis, aut legibus parendum eſt, ſi impuræ, aut Tyrannicæ fuerint.[b] Nam habet eccleſia conſiliarios Cardines, vna cum Pontifice, vt recte ei conſulatur, vt ſi is qui præeſt, ſedem Romanam variis exponat periculis, non deſint, qui verbis, & re ipſa prauis huiuſmodi conatibus reſiſtant, ne eccleſia ipſa euertatur, quapropter plena eſt Cardinalibus conceſſa autoritas.[c]

Expreſſe hoc ...onit Inno. in c. ...uãto de cõſu. Ita innoc. idẽ c. inquiſitio- ...i de ſent. excõ. ...rchi. in c. ſunt ...uidã. 25. q. 1. vbi maius. §. ...dẽ quoque. & ...ibidem notant ...rchi. & Io. mo. ... Rober. de. S. ...ola lib. de po...ſt. eccl. 4. & 5.

DE INCONSIDERATO, ATQVE INVTILI DD. CARDINALIUM proceſſu ad electionem Pontificis. Cap. XXVI.

SI defuncto Pontifice Cardinales omnes, aut duæ eorum partes, antequam conclaue ingrediantur, vel poſt, de eligendo Rom. Pontifice cuiuſdam nationis, aut conditionis egerint, atque promiſerint, non ea quæ DEI, aut eccleſiæ ſunt præcipuè obſeruantes, ſed quæ hominum, aut priuata ipſorum commoda, nationes, amicitias, clientelas, & huiuſcemodi ſequentes, hoc caſu quamuis duarum partium ſuffragiis quiſpiam eligatur, quoniam temerè, & contra quàm fas eſt actum fuit, inutilis erit electio, qui ſi etiam omnibus vſitatis cæremoniis poſtea conſecratus fuerit, non tamen conualeſcet, & quoniam calliditate, fraude, atque ambitu in eum locum prouectus eſt, perpetuò excommunicationis ſcelere obſtringitur, vna cum fautoribus ſuis, ſcientibus corruptam fuiſſe electionem, nec vllo modo, aut recipi, aut haberi pro Pontifice debet, ſi manifeſtè hoc appareat.[d] Cuius rei ratio hæc eſt, quia ad eligendum Petri ſucceſſorem CHRISTI Vicarium, Cardinales omnes, integritate animi, & optima mente accedere debent, non autem precibus, aut precio corrupti, amore, aut odio aliquo, ſed tota cogitatione reſpiciant oportet vtilitatem eccleſiæ vniuerſæ, honorem DEI præpotentis ante oculos habentes, ſi verò ſecus faciant, oleum atque operam (vt in prouerbio eſt) apud DEVM, & homines perdunt, quoniam tanta ſibi poteſtate conceſſa abutuntur, itaque æternos ſibi cruciatus acquirunt in alia vita, in hac vero ſummum dedecus, atque infamiam contrahunt.[e] Huc accedit, quod ius diuinum in rebus nefariis, atque iniuſtis, nullo modo adeſſe poteſt, ſed tùm influit, cum amoto humanarum rerum amore, atque odio, ardore illo charitatis incenſi procedimus ad res agendas.[f] Ex his igitur ſatis conſtat electionem corruptam minime comprobandam eſſe, licet duarum partium conſenſu fuerit facta, nec

...23. c. in nomi...e domini ad fi. ...uem ita interpretatur Hoſt. ... Ioàn. Andr in ... licet de vitan...a de elect.

...e in nomine domini ad fin. 23. diſt.

f Dionyſius A...reopa. li. de eccleſiaſt Hierarc. c. ſi. circa fin.

iſto modo nominatus Pontifex volens, ac ſciens conſentire debet, quod ſi tam impius fuerit, vt diuina atq; humana omnia negligat, quotiens illa, quæ ad Pontificem verum pertinet adminiſtrat, facinus perpetua morte mulctandum admittit, perpetuoq; anathematis crimine ſemper deuinctus erit[a] nec iſte Apoſtolicus, ſed apoſtata eſt cenſendus. [b] Idem exiſtimandum eſt de illo, qui pecunia electionem corrupit, aut tumultu aliquo populi, aut militum ſine vſitato conſenſu duarum partium ex Cardinalibus fuerit electus, quibus quidem caſibus licebit Cardinalibus, & Sacerdotibus, qui verè DEVM reuerentur portentum huiuſmodi deteſtari, humanoq; implorato auxilio illud à ſede Pontificia expellere. [c] Si duo, præter quam decet duarum partium conſenſu Pontifices nominati fuerint, non certo conſilio, ſed temeritate certantium, neuter ipſorum recipi debet à Chriſtianis hominibus, electiones enim huiuſmodi ipſo iure nullæ ſunt, iterumq; alium eligant oportet, qui aut omnium, aut ſaltem duarum partiũ ſuffragia ferat. [d] Electio quoque facta illius, qui vxorem habuit, & mortuam credidit ſuperſedere debet, quouſque de ea conſtiterit, nam ſi ipſa virum repetat Pontificem electum, aſſignatum munus relinqui lex iubet, atq; vxori adhærere, etiam ſi ſacratus fuerit, & in ſede Pontificis conſtitutus. [e] Idem dicit Io.glo. de quolibet ſacerdote in Pontificem electo, vt putà de Abbate, aut præfecto aliquo regulari, cui monachi obediunt, nam ſi ipſum repetant debet ad ipſos redire. [f] Sed profectò nullum eſt periculum, quando enim huiuſmodi caſus euenit? hodie niterentur omnes, vt aliquis ex ſuis Pontifex crearetur. Iam enim nouerunt commodum atque vtilitatem, quæ inde ad eorum conuentus, atque eccleſias promanat, & priuilegia quæ ipſis erogantur. At vero rite electus in conclaui duarum partium ibi præſentiũ, ſicuti diximus conſenſu, ab vniuerſa eccleſia Romanus Pontifex habendus eſt, licet tertia parte Cardinalium reclamante, nihil enim impediet, ſi quis autem tertiæ partis nominatione creatus Pontifex, nomen, & inſignia Pontificis ſibi aſſumpſerit, excommunicationis pœnam incidit, cumq; eo omnes, qui elegerunt, aut recipient huiuſmodi Pontificem. [g] Ante omnia in electione Pontificis, ſciant Cardinales, ſententias & ſuffragia vniuſcuiuſque ex collegio liberas eſſe debere, eumq; iure Pontificem habendum, qui duarum partium conſenſu nominatus fuerit, nam diuino munere vim ſuam accipit, licet Cardinales ſint miniſtri inſtituti, & inſtrumenta quædam, tamen in illo Cardinalium conſenſu iuſtè eligentium, DEI filius humanæ naturæ redemptor, habens in cœlo, & in terra abſolutiſsimam poteſtatem. [h] Confert in illum omnem eius autoritatem adminiſtrandæ vniuerſæ eccleſiæ, curam alligandi & ſoluendi in vtroque foro, cœlorum claues, ſcientiam, & iuriſdictionem orbis vniuerſa, ſicut olim D. Petro conceſsiſſe legimus, quòd firmiſsime credit & profitetur vniuerſa CHRISTI Eccleſia

a c. In nom domini ſupr. tato.
b 79.diſtin. 1.iam vero.
c c.ſi quis p nia diſt.79. Hoſ.in ſum. de ele. expli que in cap.ſi de vitand. de ctio.
d c.ſi duæ c tra.79.diſt.
e Io.glo. & chi. in.c. ſi q pecuniã.79.
f No.glo. in quantum ſit ceſſarium.18 v.
g c.licet de
h Matth.vlti

cleſia, [a] eſt igitur hæc poteſtas Pontificis diuina in ipſo, à ſummo DEO deſcendens. [b] Quod ſacratæ etiam conſtitutiones oſtendunt. [c] proinde impium eſt cogitare DEVM, qui ipſum bonum eſt, ipſa mentis integritas, conferre tantam autoritatem homini, per ſummum ſcelus in Pontificem inſtituto, cum negocium hoc non ſine ſpiritus ſancti interuentu, aut confici, aut tractari poſſit. [d] Vbi Pontifex Gregorius de electione ſic dicit. Ceſſat electio dum libertas adimitur eligendi. Idem aſſerit Nicolaus. III. [e] Romani inquit Pontificis, quæ ſuis temporibus occurrit electio, Cardinales ſumma libertate procedant, & in communi Concilio Lateranenſi publicam conſtituit autoritatem Nicolaus. II. electionem Pontificis eſſe debere puram, integram, & gratam, quod ſi in Vrbe propter ſceleratisſimorum hominum audaciam tractari non poſſit, extra Vrbem adminiſtranda eſt aliquo tuto loco electo, [f] dum inquit ibi pura.i. munda, & ſine acceſſione alterius rei, aut cogitationis electionem inquinantis; purum.n.idem eſt quod mundum & immaculatum iuxta illud Pſalm. [g] Cardinales eoſdem ibi dum inquit omnis priuatæ affectionis in electione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, & obligationis non neceſsitate, & quæ ſequuntur, pura ibi id eſt, ſine dolo [h] alias etiam pura accipitur pro ſimplici & rā [i] eſt etiam, [k] cum interpretatur, ſine dolo, aut fraude, aut ordine non ſeruato, dicitur enim ſincerum, à con & cera quaſi ſimul cum cera. Apoſtolus etiam hortatur, vt nos ſinceros geramus hoc eſt mundos, & ſine macula, vt DEO placeamus. Itaque debet eſſe grata ſpontanea & libera abſque aliquo metu. Præterea conuenit etiam doctrina CHRISTI gratis accepiſtis, gratis date, alloquitur enim in hanc ſententiam Apoſtolos. Concludamus itaque ſi Cardinales per audaciam, ambitionem, aut corruptelam aliquam Pontificem eligant, electionem huiuſmodi eſſe erroneam, & nullius momenti, quia non pura, non ſimplex, non gratis eſt pertractata, & ita electũ nullo modo conſentire debere, ſi autem conſenſerit anathema eſſe, nec pro Pontifice, aut recipienda, aut habenda. [m]

DE MORE ELIGENDI PONTIFICIS IN PRIMITIVA ECcleſia ſæpius immutato. Cap. XXVII.

MODVS eligendi ſummi Pontificis à primaria inſtitutione varie immutatus eſt, ſicuti in ſacris literis, conſtitutionibus, hiſtoriis, atq; annalibus intueri quiſq; poteſt. Nam primo CHRISTVS DEI filius, verus omnium paſtor, ſummus ſacerdos, & Pontifex, princeps regum vniuerſi orbis D. Petro Apoſtolo ſpeciatim, & expreſsè claues regni cœlorum tradidit. Matth. [n] & Apoſtolis præſentibus curam totius gregis ei demandauit. [o] quem ore proprio nominauit,

.vltim.Mat
16.22. diſt.
es. 23. diſt.
nomine do
i de elect. c.
.c. ſignifica
.vbi maius.
ndamenta,
.lib.6.clem.
Romani de
t. de maior.
be. c. ſolitæ
ud. c. nouit,
ranſl. c. 1. &
i fil. ſint le-
c. per venera
in.
uod oſtedit.
ocen. c. 1. de
ſ. clarius in
cet ex ſuſcep
e foro cop.
. ſacroſancta.
diſt. 3. c. 1. &
e traſla. c. no
de iud.
n. q. 1. gratia
. ordin. & c.
uius. 57. diſt.
quis in ægri
line de cõſe.
4. c. ſolet quę
le baptiſ. ma-
. §. quæritur,
hoc habet tex
in. c. vbi ma-
. §. cæterum
elect. in. 6.
n. c. ſundamẽ
. decet eodẽ
lo.
. c. In nomi-
domini.
o. Cor mun
n crea in me
us.
. ſtatutum. §.
uper in verb.
itate de re-
p. in. vi.
t. q. 9. clemẽ.
Rom. §. ergo.
n. c. ſupraci-
. In nomine
mini.

minauit, atq; elegit paſtorē vniuerſæ eccleſiæ, cū inquit, & ego tibi dico, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meā, & portæ inferi &c. Poſtquā autē ſurrexiſſet eundē confirmauit coram Apoſtolis, ait.n. ſi diligis me Simon petre, paſce oues meas,, ſolo autē verbo eū ſacrauit, cunctiſq; præfecit, vt nobis relinqueret exemplum inſigne, ad perpetuam eligendi Pontificis memoriā, quæ in eccleſia vniuerſa vſque ad finem ſeculi obſeruaretur,[b] & ſic conciliantur conſtitutiones Gregorii, & Anacleti,[c] ipſum etiam Pontificem electū omni auctoritate hōneſtauit, & cunctis præeſſe voluit cephalam appellans .i. caput eorum, cui quidem Apoſtoli omnes ſemper paruerunt, Anacleto teſte,[d] quòd diuina factū eſt inſtitutione, non autem Apoſtolorum conſilio, & ſic etiā debent intelligi conſtitutiones.[e] & Caietanus[f] inquit, Petrus maiori deuotione CHRISTVM cōfeſſus eſt, dicēs tu es CHRISTVS filius DEI viui, & meritò cæteris fuit præpoſitus, Petrus autem in primis hunc morſem à CHRISTO traditū ſeruauit, nam cum non procul à morte abeſſet, Clementem ſibi Romæ ſubſtituit ſucceſſorem, cōuocatis, qui ibi aderant CHRISTI fidelibus, ſed hoc profectò ab eo neceſſariò factū fuiſſe credendū eſt, cum videret in quātis moleſtiis, Romana Eccleſia verſaretur neq; verò propter tyrannorū nimiam in Chriſtianos homines ſæuitiā, cōmmodè in vnum cogi potuiſſent ad eligendū Pontificē. Itaq; auctoritate propria eundem Paſtorem cōfirmauit, in eumq; vniuerſæ gregis curā ſibi impoſitam tranſtulit. Petrō vita functo, prudentiſſimus Pōtifex animaduertēs futurū eſſe, vt exemplo D. Petri, omnes ſibi ſucceſſores eligerent, & tanquā hæredes ſummi Sacerdotii, ꝙ ſanè nō modo ridiculū, ſed etiam pernicioſum eſſet, nē hoc ipſe ad poſteros trāsferret, ſpōte, & libere onus huiuſmodi in manibus ſacerdotū, qui tūm Romæ aderant reiecit, ceſſitq; officio, poſtea verò, iterū vno ſacerdotum ore Pontifex creatur, ꝙ ſacra teſtatur hiſtoria; ſic itaq; primus à Petro fuit Pontifex inſtitutus, tertius autē communi electione diuino numine celebratā, s clarū eſt enim vno eodemq; tempore non poſſe eſſe duo, aut plures Rom. Pontifices, quia ſicuti corpus vnum habet caput, non autē plures, ita eccleſia quæ eſt corpus CHRISTI, vnum caput, vnum Paſtorē tantūm habere debet, ſecus autem prodigium naturæ eſſet, illiſq; diſſentientibus miris modis mēbra vexarētur, neq; verò cum à CHRISTI inſtituto diſceſſerit eccleſia, ſeruabitur, ipſe caput vnū præfecit Principē Apoſtolorum Petrum, omnemq; in eum cōtulit auctoritatē, vt ſingula mēbra eccleſiæ perfugiū haberent, ſi fortè inter ſe diſcreparent in rebus gerendis, ſi autem plura eſſent capita nullo modo concordia, & pax fundamēta eccleſiæ ſuſtineri poſſent, neque ab his diſcrepant ſacræ conſtitutiones.[h] Tertius eligēdi Pōtificis modus Romanæ inductus, &

obſer-

l cle. Rom. §. dictus de iur. iur.
m c. In nomine domini.
n 16. Matth.
o Io. vlti. c. 21. di. c. in nouo.
a Io. vltim. c. ſignificaſti de electio.
b Not. Arch. in roſario. c. in nouo teſtamento. 21. diſt.
c xxi. diſt. c in nouo. 50. diſt. c. conſiderandum & c. fidelior.
d in. c ſacroſancta. xxii. diſt.
e c. in nouo. 21 diſt. c. ſacroſancta. 26. diſt. c. cū beatiſſimus.
f in Matth. 16. c.

g ita Arch. in roſario. 7. q. 1. c. ſi Petrus glo. 7. q. 1. c ne autem.
h 21. diſt. c. In nouo. 23. diſt. c. ſacroſancta c. firmiter. § vna vero. de ſu n. trini. c. venerabile de elect. c. ſolitæ de maio. & obed. c. quoniam in pleriſq; de officio ordi c. per venerabilem § rationibus qui fi. ſint legit.

obſeruatus fuit,nimirũ vt eligeretur à Sacerdotibus, non ſine cõſenſu cæterorũ,qui in Vrbe eſſent fidelium,quòd quidem tunc temporis,in vſu fuit,cũ iniuriæ,& cruciatus,quibus Chriſtiani homines paſſim affi-ciebantur,ita facto opus eſſe monerent,multiſq; tẽporibus hæc cõſue-tudo permãſit,Fabianus Põtifex decreuit, ne electio haberetur niſi ter-tio die ab obitu,aut abdicatione Pontificis.Hoc idẽ Bonifacius.I I.con-ſtituit hoc modo.Põtificatu cedente Cyriaco,Antherus I I.ei ſubſtitu-tus eſt,vt Bernardus tractat in catalogo Rom.Pontificum parte prima. Idẽ Bonifacius.IIII. hoc cõſtituit in Cõcilio cõmuni.[a] Quartus modus eligendi Pontificis fuit per ſubſtitutionem obſeruatus,etiam in grauiſ-ſimis eccleſiæ periculis, & cum nullus erat electioni locus, Ita Lucius prim. Põtificatu pulſus,omnem poteſtatem ſummi Paſtoris Stephano Diacono tradidit,eumq; ſibi ſubſtituit. Melchiades itẽ pulſus in exiliũ Felicẽ,Põtificem eſſe iuſſit, tractatur ibidem in Hiſtoria Romanorum Pontificum.Quintus modus creandi Pontificis cœpit a Pelagio.II.Pon-tifice,inductus à Romanis ſacerdotibus,& ab vniuerſo populo cõpro-batus,abſq; iuſſu Imperatoris,antea.n. poſtquã fidem CHRISTI rece-perant,& Conſtantinopolim Regiã Vrbem tenebãt auctoritatem hãc cõfirmandi Pontificis ſibi vendicabant, poſt Pelagium Imperatorũ au-ctoritas ceſſauit,& D.Gregorius,& alii cõplures liberè electi fuerũt, vt ibidẽ legitur.Sextus modus fuit tẽpore Agathonis Ponti. de quo habe-tur.[b] Septimo rurſus ad Imperatores res rediit, difficilimum nãq; erat in tantis eccleſiæ creſcentibus moleſtiis Pontificẽ eligere. Itaq; Adria-nus.I I. Pont. ius Romani Põtificis in Carolũ Magnum Imperatorem, & Galliarũ Regem trãſtulit.[c] Quam auctoritatem ſequentes Reges re-tinuerũt vſq; ad tempus Paſchalis Pontificis primi,qui à Ludouico Im-peratore immunitatem huiuſmodi prærogatiuæ impetrauit.[d] Octauus modus fuit obſeruatus à Nicolao Papa.II.An.ſal.M.lix.qui natione Ger-manus,atque florentinus Epiſcopus, in ordine ſucceſſiuo Romanorũ Pontificum centeſimus ſexageſimus primus à Cardinalibus Rom.eccle-ſiæ,abſq; populi,aut Imperatoris cõſenſu Senis electus eſt,& conſecra-tus,& paulo poſt in Vrbe ſumma lætitia,atq; pace omniũ receptus eſt. Hic primò Cardinales ſoli Põtificẽ eligere auctoritateq; ſibi à CHRISTO tradita vti ceperunt, eodemq; tempore cõmune Conciliũ habitũ atq; promulgatum fuit Lateranenſe,auctore diuino ſpiritu,cuius auctorita-te declaratur,ad ſolos Cardinales præeunte conſenſu populi Pontificis electionem pertinere.[e] Nonum explicat modum Alexander Pontifex tertius,ab vniuerſa eccleſia in communi Concilio Romæ receptũ,Car-dinales videlicet ſummum electionis ius ſolos habere, & quicunque à duabus eorũ partibus electus fuerit,vt ſupra diximus, is verè erit Pon-

tifex,

a Tractatur.79 diſtin.c. Nullus vbi abunde hac de re videre po-tes.Arch.in roſ. cumulatè Hoſt. in.c.licet de vitã da de elect. Con plures in Clem. ne Rom. de ele-ctio.

b diſt.lxiii.

c lxiii.diſtin.c. Adrianus.

d Ego Ludoui-cus.lxiii.diſt.

e c.In nomine domini.xxiii. di ſtin.

tifex.[a] Quæ conſuetudo quingentis amplius annis obſeruata eſt. Gregorius tandem Decimus commune concilium Lugduni conuocat, in quo quidem quingenti Epiſcopi, Abbates lxx. & alii ſacerdotes circiter mille adfuerunt anno CHRISTI MCCLXXXIIII. in eo cautum eſt, vt ſoli Cardinales omnem eligendi Pontificis habeant auctoritatem,[b] atque ab vniuerſo Romano populo receptum, & comprobatũ fuit. Hoc Clemens P. V. in communi itidem concilio affirmauit, atque dilatauit clem. Romani, quam conſtitutionem Io. xxii. poſuit in tit. de elect. Cum igitur Cardinalium dignitas re ipſa prius fuerit in Apoſtolis vnà cũ Petro degentibus, poſt glorioſum CHRISTI ad cœlos aſcenſum, Petrus autem caput, & Põtifex, non modo Apoſtolorum, aut eccleſiæ Anthiochenſis, aut Romanæ, ſed orbis vniuerſi fuerit, habuerintq; omnes pro collegio auctoritatem eligen. Pontificis, quæ multis temporibus fuit obſeruata à ſacerdotibus, & populo Romano, & ſpeciatim à Romanis Imperatoribus liberaliter Pontifici & ſacro Cardinaliũ cœtui remiſſa, propter ius quod habent in eccleſia collegii Apoſtolorum. Arrogãtis ſanè & impii hominis eſt tantis temporum viciſſitudinibus confirmatam cõſuetudinem velle immutare, licet enim nec Pontificis, nec Cardinalium nomen primis temporibus eſſet in vſu, tamen quid refert, ſi hoc piè factum eſt, & res ipſa permaneat immutata, nam omnis auctoritas in communi cœtu, tã in Petro, quã in cæteris Apoſtolis permanſit, quantũ pertinet ad eccleſiarum omnium adminiſtrationem, vniuerſi gregis curã, & Chriſtianæ fidei acceſſionem, quod diui Patres & Chriſtiani Principes in ſacris legibus, atq; conſtitutionibus confitentur.[c] Et ſic quilibet ſi ne fraude ac dolo, ritè à Cardinalibus Põtifex electus, uerus Petri ſucceſſor exiſtit. Nã ipſi verè Apoſtolis ſuccedunt Paſtores, Doctores, & adiutores Chriſtianæ fidei ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis CHRISTI, quod eſt eccleſia, teſte Paulo.[d] Singuli autem Epiſcopis Apoſtolis diuina inſtitutione per totum orbem dimiſſis eccleſiis, & diœceſibus eiſdem aſſignatis ſucceſſerunt.[e]

a c. licet de uitanda de elect. cum ibi not. ab Inno. iiij. & Hoſtienſ.

b c. vbi maius periculum de elect. lib. 6.

c xxx. ita dominus, c. in memoriam, xxj. diſt. in nouo teſt. 22. diſtin. c. omnes, & c. ſacroſanct. 79. diſtinctione 96. c. duo ſunt, & c. ſi Imperator catholicus. c. Cõſtantinus eadem diſtin. c. Victor Honorius xcvij. diſtin. l. cunctos populos, Epiſt. inter claras, c. de ſum. trin. & fid. cath.

d ad Epheſ. c. 4.

e xxv. diſt. c. in nouo c. vidẽtes, 22. q. 1. atq; ita iterpretatur Cardi. Camerac. lib. de poteſtate eccleſ. par. 1. q. vj. & vij.

DE CVRA DD. CARDINALIVM IN GRAVIORIBVS *malis impendentibus eccleſiæ, cum Pontifex illis occurrere negligat.* *Cap.* XXVIII.

QVOTIESCVNQVE ſtatus eccleſiæ propter hæreſim, uel tyrannidem, uel aliud grauius impendens malum periclitaretur, ſi Pontifex occurrere negligat, tunc Cardinalium eſt neruos omnes in eam curam intendere, ne quid Chriſtia-

na Reſp. detrimenti accipiat, ſunt enim adiutores, & conſiliarii Pont. vt vnà eccleſiam adminiſtrent.[a] Et in iis caſibus iura omnia, quæ poſitiua appellamus, tunc temporis cedere eis debent. Ita Beda ad Matth.[b] Et quod aliàs minimè liceret, neceſſitas imminens, vt liceat facit.[c] nemo enim dubitat quin Apoſtoli de communi collegio, iis rebus conſulerent, quibus minimè poterat Petrus, & ſumma auctoritate ſibi cum eo tradita vſi ſint,[d] & paſſim omni iure receptum eſt neceſſitatem legi non eſſe ſubiectam.[e] multo magis autem voluntati diuinæ ſubiaceant neceſſe eſt, quæ nunquam fallitur, nunquam decipitur, & ſua ſponte ſæpiſſimè laboranti eccleſiæ conſuluiſſe reperitur.[f] CHRISTVS dilexit eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret &c. donec conueniamus omnes in vna fide & agnitione filii DEI, CHRISTVS autem caput eſt eccleſiæ, ex quo corpus totum connexum & compactum eſt, nimirum iunctura adminiſtrationis, vnuſquiſque enim ſingulorum membrorum actionibus acceſſionem corporis facit, vt Paulus inquit in ædificationem ſui, in charitatem ad Epheſ. cap. quarto. Si ergo miniſterii caput in eccleſia ipſe eſt Pontifex, à CHRISTO capite præcipuo, in ſede Petri, ſucceſſor inſtitutus, & animo abiecto extiterit, aut minimè idoneus rei gerendæ propter aliquam cauſam videbitur, tunc temporis dedit CHRISTVS eccleſiæ quoſdam Apoſtolos, nonnullos paſtores, hoc eſt Epiſcopos, & alios, ad quos cura animarum pertinet, præmiſit autem in prima ſpecie totius eccleſiaſticæ Hierarchiæ Apoſtolos, vt oſtenderet, eos prius quam Epiſcopi in eccleſia inſtitutos, fuere igitur primùm ad gubernacula Reipublicæ Apoſtoli, ergo & Cardinales, unà cum Petro Romano Pontifice, qui ſi aliqua cauſa defecerit, tunc Cardinales pro collegio omnem rei adminiſtrandæ habent auctoritatem, vt eccleſiæ vniuerſæ corpus integrum ſeruetur, vbi etiam ius poſitiuum ſupplendum eſt, & requiritur abſoluta auctoritas, Pontifex vero ſi non adeſt, tunc temporis Cardinalium intereſt, ſi neceſſitas cogat, aut periculum Chriſtianis impendeat, cœtu ſacroſancto coacto, ſumma concordia prouidere, ne quid Chriſtiana eccleſia detrimenti accipiat.[g] Nam ius gentium etiam iubet, ſi aliquod ambiguum in eo ſit declarandum, ad eundem refugere, qui illud ſupplere poteſt, quo caſu multa ſunt conceſſa Cardinalibus, quæ alias nullo modo dantur, niſi expreſſè aut permiſſa, aut prohibita fuerint.[h] Neceſſitatis item cauſa, edicta omnia, quibus aliquid prohibetur ceſſant, quando in illis iuxtà cauſa intelligitur excepta.[i] Nec veriſimile eſt CHRISTVM voluiſſe ſpõſam ſuam eccleſiam, cum magis illi opus eſt, orbatam omni auxilio iacere; ſed Apoſtolos inſtituiſſe, qui ei opem ferrent, eamq; vſque ad finem adminiſtraret, quam ipſe proprio redemit ſanguine,[k] ne Paſtore

amiſſo

a c. fundamentæ. §. decet de elect. in 6.
b c. quod non eſt de iur. iur.
c ad idē. 51. diſ. c. ſicut. 6. q. 1. literis de conſec. diſ. c. diſcipulos.
d 50. diſ nõ vos & c. rationi de iur. iur. in 6.
e de conſuetu. c. quanto, & c. 2 in fin. de conſe. diſt. & in c. ſicut & diſt. 3. c. peruenit, & l. 1. § Arietes, ff. ſi quad. paupe. feciſ. dicatur.
f Paul. ad Epheſ. v.
g c. licet de vitãd. c vbi maius §. idem quoque de elect. 79. c. ſi duo contra fas & c. ſi quis pecu piam.
h in d. c. ius gẽtium. 23. ff. quæ in fraud. credi. l. ait Prætor. §. ſi debitorẽ. C. de decurio. l. generaliter lj. x. not. Inno. in c. olim de reſt. ſpol. & c. dilect. de appella.
i c. excellẽ. & c. quoniam multos. 11. q. 3.
k c. pro humani de homic. lib. 6.

amiſſo, vniuerſus grex CHRISTI diripiatur.[a] Habent itaque Cardinales cum Pontifice plenam auctoritatem in eccleſia, quo defuncto, adhuc penes illos reſidet poteſtas, ita vt ius ſupplere poſſint, legesque eis ſubiaceant ſicuti diximus, quoniam nulli proximiores ſunt ſummo Paſtori.[b]

DE POTESTATE DD. CARDINALIVM PROPTER *infirmitatem Pontificis, ſeu ob aliam cauſam inutilis rei gerendæ, exercenda.* Cap. XXIX.

SI propter valetudinem, aut aliam cauſam, veluti, ſi furioſus, aut mutus, aut ſurdus Pontifex fiat, neque rectè munus ſuum exequi poſſit, habent Cardinales plenam auctoritatẽ adminiſtrandi quæcunque pertinent ad vniuerſam eccleſiam, nam ſunt præcipui illi, & ſancti montes, in quibus firma reſident eccleſiæ fundamenta iuxtà ſententiam Plam.[c] Et ſunt Cardines, circa quos vertitur Põtificia omnis auctoritas, & cura vniuerſæ eccleſiæ, qui caſus ſi euenerint, tùm re ipſa perficitur eccleſiæ oratio, quæ in hunc modum præcatur in præfatione Apoſtolorum. Vt eccleſiam tuam Paſtor æterne nõ deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, vt iiſdẽ rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eiſdem contuliſti præeſſe paſtores &c. maximè autem, cum debilitata eſt eccleſia, & in ſummum adducta diſcrimen propter valetudinem Pontificis, quo viuo alius ei ſubſtituatur nullo modo fas eſt.[d] Sed tamen non minorem habet auctoritatem, neceſſitate cogente collegiũ Cardinalium in iis adminiſtrandis, quæ ad eccleſiam pertinent, cum etiam bene affecto Pontifici adiutores electi ſint.[e] Quid autem, ſi contingat, vt Romanus ſummus Epiſcopus à Barbaris, aut hæreticis (quod DEVS auertat) capiatur, vel in exilium expellatur, ſicuti Lucio, & Melchiadi factum eſſe legimus[f] planè Cardinales omnem adminiſtrandæ eccleſiæ habent auctoritatem, ſiue ad ſpiritum, ſeu ad corpus negociũ pertineat.[f] Nec mirum hoc eſt, cum etiam collegia primarum, eccleſiarum, ſi qua de cauſa abſit Epiſcopus, adminiſtrare iure poſſunt, illa quæ Epiſcopũ agere oportebat.[g] His igitur caſibus, ne Chriſtiana Reſpub. vllo afficiatur incommodo, Cardinalium intereſt prouidere, & diligentes, ſeipſos præſtare in illis adminiſtrandis, quæ ſalutem, aut ſingulorũ, aut communem reſpiciunt.[h] Sanctus enim ſpiritus, quo auſpice eccleſia catholica regitur, atque adminiſtratur vires ſuggerit, & verba Cardinalibus, in officio ſuo permanentibus, cui diuino inſtituto ſunt electi & vocati Cardinales,[i] Cardinalium ſenatus ratione ſtatus Hierarchici,

a c. ne pro defectu de elect.

b c. fundamẽta de elect. & c. 1. de off. legati. 6. cũ n. ibi not.

c 86. ſanct. ciuitatis alma matris eccleſiæ. c. fundamenta de elect. lib. 6. c. ſacroſancta 22. diſtin.

d 79. diſtin. c. quis & c. nullus ead. diſ. & 7. q. 1

e c. fundamenta ſupra citat.

f c. fundamenta. §. decet de electi. lib. 6.

g c ſi epiſco. de ſuppel neg. præ. lib. 6.

h 7. q. 1. c. quam uis.

i c. ſacroſancta in fi. 12. diſt. 3. c. oportebat. 79 diſt. c. vbi maius §. decet de elect. c. 1. de off. leg. c. ad Apoſt. de re iud. c ad ſuccenden. de ſciſ. c. felicis de pœ. lib. 6

quem in eccleſia ſuſtinet, Apoſtolorum locum ſortitus, eandem habet iuriſdictionem, auctoritatem, & poteſtatem, quam Apoſtoli cum Petro habuerunt in vniuerſa eccleſia, nec ſummus Pontifex illam adimere poteſt, aut efficere, quin vrgente neceſſitate ea vtantur, eſſet enim perturbare, & euertere concordiam vniuerſæ eccleſiæ, quod nullo modo Pontifici permiſſum eſt, data eſt autem ei plena poteſtas, non ad perniciem, aut cladem, ſed ad ocium, atque pacem. Quid ſi ea omnia quæ Apoſtoli docuerunt, quæ CHRISTVS ipſe, euertere nitatur? vtique iā non ſententiam ferre, ſed longe aberrare dicendum, Pontifice ipſo teſte.[a] Idem D. Leo Papa v. quæ ad perpetuam, inquit, eccleſiæ DEI generaliter ordinata ſunt, nulla commutatione varientur, [b] ibique gloſ. inquiens non poſſe Pontificem contra generale eccleſiæ ſtatum diſpenſare, nec contra CHRISTI fidem,[c] nec debet Pontifex ratione proprii cōmodi vniuerſum eccleſiæ ſtatum perturbare.[d]

a in c. ſunt quidam xxv. q. j.
b c. quæ ad perpetuam. xv. q. j.
c huc facit. 9. q. 3. c. ſi. vbi gloſ.
d 1. q vij c. & ſi illa. etiam quæ congerit Guglie. durant in Spec. par. i. tit. de le. ga. § nunc bte. ni. not. Innocē. PP. IIII in c. inquiſitione. mā. de ſent. excō.

DE CONVOCANDO CONCILIO A' DD. CARDINALIBUS *ſuper facto ſciſmatis, eorumq́ opere præſtando.* Cap. xxx.

QVONIAM autem Chriſtianorum omniū diuturna comprobatione receptum eſt, collegium Cardinalium poſt Pontificē dignitate, atque auctoritate maiori in eccleſia prædictū eſſe, atque primi & ſecundi ſtatus Apoſtolorū uicē gerere, per CHRISTVM DEI filium verē, atque hominem totius orbis rēdemptorē, ſummūq; ſacerdotē, in quē Aeternus Pater, omnē trāſtulit poteſtatē.[e] Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo; & in terra &c. Antē. n. quā pateretur iiſdē præſētibus Apoſtolis, ſic eos allocutus eſt. Vos eſtis, qui pmāſiſtis mecū in tētationibus meis, ego aūt diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis ſuper mēſam meā in regno meo, hoc eſt in eccleſia militāti dū viuerēt, poſt mortē aūt in cœleſti patria, in die itidē glorioſæ reſurrectionis diſcipulis cōgregatis apparuit illis IESVS, & gauiſi ſunt viſo domino, & dixit eis pax vobis, accipite ſpiritū ſanctū,[f] & præcepit eis, vt prædicarēt euāgeliū, & teſtatū relinquerēt, quia ipſe eſt cōſtitutus à DEO iudex viuorū, et mortuorū, vt Petrus cōfirmat Actorū,[g] eo ipſo die mira quædā, & arcana illis cōmunicauit, vt diuinæ naturæ participes efficerētur, vt vniuerſam iuſtē, ſanctēq; adminiſtrarēt eccleſiā, fideles eſſent erga CHRISTVM, virtute in rebus agēdis abūdarent, ſcientiā haberent, abſtinentiā, patientiam, pietatem, amore, & charitate erga proximos flagrarent, fugientes quæ mūdi ſunt, nō vt ſuperbi dominentur cæteris, ſed piē, & humaniter, vt cū apparuerit

e Matth. vltim. Apoſt. ad Heb. 5. & cap. 7.
f Ioan. c. xviij.
g x. in fin.

rit Princeps paſtorum, immarceſcibilem gloriæ coronam recipiant, vt inquit D. Petrus.[a] Ideo ad Pontificem cum Cardinalibus pertinet, ſi hæreſis aliqua inter Chriſtianos excitetur, qua quidem extinguitur amor, & charitatis vinculum in eccleſia, populique vniuerſi ocium perturbatur, Concilium publicum indicere, neque permittendum eſt peruerſas aliquas opiniones augeri, & cõſeneſcere (grauius ſi quidẽ ſæuit inueteratus morbus) ſed euellendæ, penitus eradicandæ ex hominum mentibus, cum autem hoc facit Papa cum Cardinalibus, perficitur Petri doctrina, qui[b] inquit ſeniores, & maiores, qui in vobis ſunt. vniuerſam eccleſiam alloquitur Obſecro, conſenior, & teſtis, paſcite, quantum in vobis eſt gregem, non grauatè, ſed libenter, æquo animo vt vult DEVS, non turpis lucri gratia, ſed voluntariè id eſt gratis, cõſulentes eccleſiæ vniuerſæ, quotieſcunque illi opus eſt, ita enim ab Apoſtolis factitatum legimus, vt phariſeorum hæreſim extirparent, cum Petrus ſolus minimè poſſet cõtra eorum nequitiam, & inſaniam,[c] Phariſei autem nomen, autore Hieronymo, nihil aliud ſignificat, quam diuiſum, & fouens diuiſionem, ſciſma verò ſciſſuram valet,[d] Quem locum ſic interpretatur Pontificia conſtitutio,[e] Sunt etiam in Hierarchia eccleſiæ, Cardinales inſtar cæleſtis hierarchiæ, vigintiquatuor ſeniores, cum ſucceſſore Petri Apoſtoli, qui in loco ſuperius citato, ſe ipſum etiam ſeniorem nominat, vt relinqueret ſucceſſoribus exemplum, quòd inter Cardinales debeat Romanus Pontifex ſeipſum connumerare.[f] ob hanc igitur cauſam in genere loquitur Pontifex, & Cardinales fratres ſuos nominat. Cum igitur de Hæreſi aliqua ob orta extirpanda agitur, Pontifex autem negligenter agat, & magnum ex mora appareat malum eccleſiæ euenturum, & requiſitus, nollet, aut differet uerè conuocare Concilium, tunc primo loco poſt Papam commune Concilium Cardinales conuocare debent, Imperator quoque hoc idem facere poteſt, & Chriſtiani Reges, quorum officium eſt eccleſiam tueri.[g] quanquam Cardinales propriè quodammodo in poſſeſſione eſſe dicuntur Pontificis eligendi.[h] Conſequens itaque fuerat, ad eos etiam pertinere propriè illa omnia, quæ electionem ipſam reſpiciunt.[i] Itaque dicendum Põtifice impedito, aut nolente, deſerere, aut permitente pericula imminere eccleſiæ DEI Cardinales, tamquã Cardines orbis & fundamenta pro bono pacis vniuerſæ eccleſiæ, Conciliũ publicum indicere poſſe, iure naturali, Ciuili, Canonico, & diuino, atque ſententia Philoſophorum. Cum enim membra vnius capitis ſint, æquum eſt vt mutuum ſibi officium præſtent[k] capite impedito, ſi enim vt inquit Ariſtoteles maior pars ciuitatis atque valentior, maio-

rem

a 1.v.c.&.2.1.

b c.vltim.1.

c Act.15.

d 44.q.1.c.ſciſma.

e c. pro venera. §.rationib. qui fil. ſunt legit.

f notat. Arch. 22.c. ſacroſanct.

g 23.diſtin.q.v. Principes.c. Regũ.ſ.adminiſtratores.

h c.licet de electio.c. vbi maius c.fundamẽta eodem tit. i.6. cle. ne Ro.eod.titu.

i c.præterite. & c cupien. §. ad hoc &.§ ſi vero de ele. lib.6. xlvi diſt. c. fin. & ibi notat. in gloſ.

k toto titu. de ſupplen. negli. prælat.

Deciſiones ad Cardinalatum ſpectantes IN HVNC MODVM SVBIECIMVS.

De sacro sancto collegio.

Deciſio I.

CARDINALIVM in primis officium eſt ſummo Pontifici aſsiſtere ad negotia eccleſiæ adminiſtrāda; à cardine enim nomen ipſum ductum videtur, vt quemadmodū cardo hoſtio deſeruit, ſic Cardinales Pontifici gloſ.in.c.2. extra de off. Archid.Io. And.in.c.ad liberandum de Iud.Archid.in.c.ſacroſancta.22.diſtin. quoniam ſunt illi cardines, circa quos vniuerſa orbis machina vertitur, vt amplè Io.de lignano ī tra.de bello, pag.9.ī libro meo; Inſigne autem præcæteris eſt Cardinalium cœtus, cuius Pontifex caput exiſtit, Cardinales verò membra glo.in extrauag.execrabilis, in verbo ſub limitatem Hoſt.Io.And.in.c.antiqua de priuileg. Anchar.in conſilio. 295. ideoq; pars corporis eiuſdem appellantur.c.ſi quis.6. quæſtione prima. l. quiſquis.c.ad legem iul. maieſt. & ob hanc cauſam ad iuramentum fidei præſtandum minimè adiguntur, Hoſt.Io.And.in d.c. antiqua de priuileg. Card.Iacobat.ſummus canoniſta ſuo tract. de concil.lib.1. fol. 33. qui cum vnum ſint corpus, ſi quidem à ſe ipſo aliquem iuſiurandum exigere opere prætium non eſt, itaq; neq; etiā à Cardinalibus, Ludoui.Roman.copioſè cōſil.vltimo, Ant.but.in.c.antiqua de priuileg. & ibidem Henric. boic. num.4. Qua ratione collegium eorum ex bonis, quæ Pontifici donantur dimidiam conſequi debet, Io.And.in.c.antiqua eo. & in.c. requiſiſti extra de teſtamen. firm. in Repertor. in verbo collegium, Iacobat. de concil. lib.1.fol.33.l.c.

Deciſio II.

Cardinalium cœtus à Pontifice, qui dignitatum omnium finis, & culmen eſt, Bal.in.c.1.quis dic.dux, tamquam à ſuo capite, parteq; nobiliori omnem accipit ſplendorem, arg.tex.in.l.prima.c.de præpo.lib.xii.Anchar. in conſil.295.hinc itaq; ipſi Cardinales, Senatores, patres amplisſimi, Patriciiq; nūcupantur.c.eccleſia.22.q.1. Bart.in.l.1.in.§.de qua.de poſt. Io. And. in.c.cū te de re.iud.c.Cōſtantinus.96.diſtin. Qui quidem poſt Imperatorem in ſummò dignitatis gradu collocati erant, neq; etiam poſt Pontificem vllus honor Cardinalatu maior reperitur, Hoſtien. Io.and. Imol.in.c. dilectus de præbend.Deci.in.c.cū venerabilis de excep. in. c.in præſentia, in fine,

Dei ſunt, ſed quæ hominum, oſtendens mandatis, & conſtitutionibus hominum Dei voluntatem euerti nullo modo debere. Neque ſanè aliud eſſet auctoritate priuare Cardinales, quàm perdere eccleſiã ipſam, ad cuius pacem, ocium, atque fœlicitatem ipſi Cardinales ſunt electi. Itaque iure optimo, principem in ea locum tenent, ſuntquè fratres ipſius Pontificis, atque adiutores, eccleſiæ filii, quæ quidem omnia pluribus ſanctorum patrum conciliis, iam mille amplius annis ſunt confirmata.[a] Pontifex autem nihil conſtituere poteſt, quòd eccleſiæ præiudicet.[b] Cum ergo pronunciaret non eſſe idoneum electioni Cardinalem, aut re ipſa efficeret, vtique eccleſiæ ſtatum immutaret, quòd facere nullo modo poteſt.[c] Infringeret etiam quod ad vtilitatem omnium perpetuam tantis ſeculis eſt obſeruatũ, quòd nullo modo poteſt.[d] Impediretur quoque electio futuri Pontificis, quòd eſt Cardinalibus cõmiſſum. Cum vero ipſe Pontifex vehementius Devm amare debeat, quæque ad eius fidem pertinent diligentius obſeruare. Qui quæſo diuina euertere poterit?[e] Nec poteſtas eligendi ſibi ſucceſſoris tradita eſt Pontifici,[f] Sed Cardinalibus tota eſt permiſſa. Patet igitur omnẽ eligendi Pontificis auctoritatem, penès collegium ſacroſanctum ſemper reſidere, ita quod nullis obſtaculis impediri, nullis hominum conſtitutionibus euerti poſſit.[g]

DE ONERE DD. CARDINALIVM IN CONSERVAtione honorum & iurium eccleſiæ, quæ re ipſa Papa perderet, aut alienaret. Cap. XXIIII.

CARDINALES Romanæ Eccleſiæ collegii Apoſtolorum vicem gerentes, maximam poteſtatem atque auctoritatem habent pertractandi omnia, quæ ad eccleſiam pertinent, aut pericula, diſſenſiones, iacturam, Chriſtianis minantur, veluti, ſi videant bona eccleſiæ dilapidari, iura amitti, voluntate Pontificis, aut quouis alio modo, grauiora onera, & exactiones per tyrãnidem imponi, hortari debent Pontificem, ne à recto deflectat tramite, ipſique obſiſtere, pro ea auctoritate, qua maiori, poſt Pontificem poſſunt in eccleſia, ad quos præcipuè facultates, & iura Pontificia tueri pertinet.[h] Et D. Hieronymus inquit, non eſt facile ſtare loco Petri, & Pauli & tenere locum cum Christo regnantium, Sal ſi euanuerit, cui eſt vſui?[i] & Paulus hos gradus inquit, Christvs in eccleſia poſuit.[k] Primum Apoſtolos præmiſit, loquitur autem ibi per ſimilitudinem membrorum corporis humani, vt non ſit ſciſma in corpore, ſed

F vt

tiõni de ſenten. excom. in fine.
l c. licet, & c. vbi maius cle. ne Romani de elec.
m. 23. diſt. c. in nomine domini 79. diſt. c. ſi quis Apoſt. c. oportebat, & c. ſi nec non. c. fin. & c. licet de elect. c. vbi maius clem. ne Rom. eo. tit.
n Pau. ad Roma. 13.
a c. Conſtantinus. 96. diſtin. 3. c. bonæ in. 1. de elect. c. licet eo. tit. c. vbi maius. c. fundamenta, de elect. c. [illegible] cii, & c. legatos de off. leg. lib. 6.
b c. & ſi illæ. 1. q. 7.
c 9. q. 3. c. principalẽ, & ibi gl. quæ incipit ſic papa.
d xxv. q. i. c. quę ad perpetuã ni-teretur, & ibi gl.
e c. literas de reſti. ſpolia. c. quãto de conſue. ibi Inno. cle. paſto. de re iud. c. fundamẽta de elect. in. 6. Arch. Ioan. An. Inno. Hoſt. in c. ĩquiſitionis de ſent. excom.
f 7. q. 1. & ibi glo. 8. q. 1 ſi Petrus ibi Arch. in roſ.
g c. ſicut xv. diſ.
h c. non liceat papæ xii. q. 2. c. Nos ſi incompetenter. 2. q. 7.
i c. nõ oẽs. 2. q 7
k 1. ad Cor. 12.

vt de toto corpore ſeruando membra ſint ſolicita, ex quo loco manifeſtè apparet Rom. Paſtorem, ad exemplum Petri Apoſtoli, qui Linum, & Cletum ſibi adiutores, & conſiliarios inſtituit in adminiſtranda eccleſia Cardinales, quorum officium eſt in ſummis difficultatibus eccleſiæ conſulere.[a] Vbi autem Petri ſucceſſor, cui liberè adminiſtratio bonorum omnium conceſſa eſt, ſiue ad Romanam eccleſiam, ſiue ad cæteras vniuerſi orbis pertineant, tanquam ſeruo prudenti, quem dominus præfecit familiæ ſuæ,[b] nullo officio aut fide commonitus, illa erogaret, aut peſſundaret, tyrannicè etiam, oppreſſis pueris, & ancillis DEI, iuxtà euangelium Luc. ſupra citatum, quoad honeſtè fieri poſſit occurrere, exemplo ſit, Paulus qui perpetuo fuit in officio, non tantum prædicationis, & doctrinæ, ſed etiam adminiſtrationis quotidianæ, vt ipſemet teſtatur.[c] Cum haberet arma non carnis, ſed virtutis à DEO, ad perdendos inimicos, ad deprimenda conſilia improba, & faſtus hominum aduerſus ſcientiam DEI, ad redigendas humanas mentes in obſequium CHRISTI, & vlciſcendos, qui non paruiſſent.[d] Cardinales autem poſſe obſiſtere Pontifici in caſibus prædictis, ecce tibi Paulum qui D. Petro reſiſtit.[e] Ideo Pontifici debent aſſiſtere, libera afferre conſilia, neque vllo metu à veritate deflectere.[f] Dicentes cum Paulo, hæc omnia noſtra ſunt, nos autem CHRISTI,[g] vt his rebus Pontifex in viam redeat, & peruerſum deponat animum perdendi eccleſiam, intelligatque nihil ſuperfluum eſſe in diuinis præceptis, & ſtatu eccleſiæ, dum per mundi Cardines adminiſtratur, ſunt enim veluti ſonora quædam tuba, quæ continuè animos excitat ad rectè agendum, prædicat, admonet, atque hortatur fideles omnes.[h]

a c. fundamēta, §. decet de elect. in 6. notat, ibi Archi. Io. mon. & Ioan. And. c felicis de pœ. c. vnico de ſuſ.
b Luc. xii.
c 2. ad Cor. 11.
d 2. ad Cor. 10. itē etiam D. Ambro. in c beati Apoſt. 5. q. 7.
e ad Galat. 2.
f c fundamēta, § decet de elect. in 6.
g 1. ad Cor. 3. in fin.
h c huius obſeruantiæ ad fi. 76. diſtinct.

DE AVCTORITATE DD. CARDINALIVM *in ſcandaloſis à Papa geſtis ſummopere exercenda.* Cap. XXV.

LOCVS eſt Deuteron. XVII. vbi iubet Dominus quoties aliquid difficile, aut ambiguum populo DEI occurrat, rem deferendam eſſe ad ſacerdotes Leuiticos, quorum locum Cardinales ſortitos eſſe diximus. Sic itaque in lege euangelica, iure illo Leuitico de Car-

de Cardinalibus dicendum eſt, [a] quod teſtatur Innocent. Pontific. tertius. illorum autem ſententiam ſequi DEVS Opt. Maximus populo ſuo præcepit, nec ab ea ad dextram vel ſiniſtram deflectere. [b] Nicolaus etiam Papa II. Cardinales conſiliarios, atque adiutores eſſe Pontificis teſtatur in quibuſcunque negociis, & omni tempore. [c] Patet igitur Cardinalium intereſſe, ſi per tyrannidem, aut auaritiam, aut quouis alio facinore nefario Pontifex eccleſiam perderet, ei occurrere, obſtare, atque officii ſui admonere, quod ſi perſeueraret, eum tanquam furioſum reprimere poſſunt, ſicuti enim cum caput dolet, aut peccat, condolent membra omnia, quoniam non ſibi tantum peccat, ſed totum corpus afficitur. Ita male ſe habente Pontifice, debent illius membra valde de eius ſalute eſſe ſolicita, Pauli exemplo, quem locum ſupra citauimus, & in legibus etiam Moyſis Aſina reprehendit Balaam, qui hunc ipſum ſacerdotem ſignificabat, [d] debent autem non peruerſe, aut irate hoc facere, ſed amice primo, adhibita euangelica doctrina, amouendo etiam perſonam ipſam a rerum adminiſtratione, vt quoad fieri honeſte poſſit reſiſtant, dignitatisq; Pontificiæ magna habeatur ratio, agitur enim ſalus & quies omnium populorum. [e] Atque hoc Cardinales ex officio ſuo facere debent, tanquam proximiores Pontifici, vnde in ſacris literis ſic legitur. [f] Cum audiſſent ſui, exierunt &c. præ cæteris autem locis, cum is qui eccleſiæ præeſt contra ius, aut legem diuinam facit, aut iniqua moliri iubet, ad rem pertinet Pauli ſententia. [g] Et ſi nos inquit, aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquam, quæ vobis euangelizauimus, anathema ſit, [h] & Paulus dicit eum eſſe anathematizatum, hoc eſt ſeparatum ab aliis fidelibus, nec in huiuſmodi rebus ei adhærendum eſt, licet Pontifex, obſtandum potius teſtimonio Symaci Pont. Non enim inquit cum Apoſtolicæ ſedis priuilegio, ſucceſſores D. Petri Apoſtoli peccando licentiam acceperunt. [i] Cum igitur Petri eiusq; ſucceſſorum ſtatum vtrunque retineant Cardinales, ſcilicet Apoſtoli, & Paſtoris apud omnes credentes, cum generali illa poteſtate adminiſtrandæ vniuerſæ eccleſiæ, quo quidem munere functi ſunt Apoſtoli poſt CHRISTI mortem, ac miſsionem ſancti ſpiritus Hieroſolymis vna degentes, poterunt ſine dubio Pontifici obſtare, eumq; retinere in caſibus ſupradictis ad exemplum Apoſtolorum, qui Petrum admonent, [k] ad quos etiam pertinet vniuerſæ eccleſiæ adminiſtratio, vt probat Cardinalis Camerac. [l] Qui etiam dicit, quod ſicuti collegia, aut cœtus priuatarum eccleſiarum præſuli ſuo, aut auare, aut nulla fide eccleſiæ bona diſtribuenti obſtare poſſunt, præſertim ſi in priuatum, ac propriũ vſum illa conuerteret, dilapidaret, aut perderet, ita Cardinales cum fratres ſint, atq; adiutores Pontificis, ei obſtare permiſſum eſt, qui licet vniuerſos iudicet, ipſe aũt a nemine iudicetur. [m] veruntamen inquit gl. [n] ſi Papa in aliquo ſcelere deprehẽdatur, neq; admoni-

a in c. per venerabilem. §. ſan ſupra citato.
b vt eod. c. xvi Deuteron.
c c. fundamẽta §. decet de elec
d c. Paul. Pet §. item cum Balaam. 2. q. 7.
e c. fundamẽta de elect. c. felic de pœn. lib. 6. xl. diſtin. c. ſi Papa cum ibi no in gl. Arch. 2. q. 7. Nos ſi incompetenter. 9. q. 3 c. per principalem. 12. q. 2. c. non liceat pap 15. q. 1 ca 1. cap ſunt quædam ſatager ea cauſ & c. licet de vitand. de elect. c ibi not. ab Hoſ ca. propoſuit d conceſs. præbi c. per venerabil qui fil. ſint leg c. cum ad monſterium de ſtamona. c. nouer & c. inquiſitioni de ſenten. ex com. clemen. n Romani de el clem. Ro. Principes de iureiuran. clem. paſtoralis de re iud cũ ibi notat. i verbo de fratr noſtrorũ conſi
f Marc. 4.
g ad Galat. 1.
h 11. q. 3. c. ſi qui vbi gloſ.
i xl. diſt. c. ſi p
k actor. xv. xv
l li. de poteſtate eccleſiæ pa 1. c. 2. & 3.
m 40. di. c. ſi pa
n ibi c. ſi pap.

xpreſſe hoc it Inno. in c. to de cõſu. ta innoc. idẽ inquiſitio- e ſent. excõ. hi. in c. ſunt dã. 25. q. 1. bi maius. §. quoque. & dem notant hi. & Io. mo. Lober. de. S. a lib. de po- eccl. 4. & 5.

tus ſe ipſum corrigat, & actionibus ſuis Chriſtianis hominibus occaſionem delinquendi præbeat, Cardinales illa facere debent quæ diximus.[a] Neque enim inquit ferendus eſt Pontifex, ſi contra eccleſiam ipſam & leges faciat, neque ipſius præceptis, aut legibus parendum eſt, ſi impuræ, aut Tyrannicæ fuerint.[b] Nam habet eccleſia conſiliarios Cardines, vnà cum Pontifice, vt rectè ei conſulatur, vt ſi is qui præeſt, ſedem Romanam variis exponat periculis, non deſint, qui verbis, & re ipſa prauis huiuſmodi conatibus reſiſtant, ne eccleſia ipſa euertatur, quapropter plena eſt Cardinalibus conceſſa autoritas.[c]

De inconsiderato, atqve invtili DD. Cardi-*nalium proceſſu ad electionem Pontificis.*

Cap. XXVI.

SI defuncto Pontifice Cardinales omnes, aut duæ eorum partes, antequam conclaue ingrediantur, vel poſt, de eligendo Rom. Pontifice cuiuſdam nationis, aut conditionis egerint, atque promiſerint, non ea quæ Dei, aut eccleſiæ ſunt præcipuè obſeruantes, ſed quæ hominum, aut priuata ipſorum commoda, nationes, amicitias, clientelas, & huiuſcemodi ſequentes, hoc caſu quamuis duarum partium ſuffragiis quiſpiam eligatur, quoniam temerè, & contra quam fas eſt actum fuit, inutilis erit electio, qui ſi etiam omnibus vſitatis cæremoniis poſtea conſecratus fuerit, non tamen conualeſcet, & quoniam calliditate, fraude, atque ambitu in eum locum prouectus eſt, perpetuò excommunicationis ſcelere obſtringitur, vnà cum fautoribus ſuis, ſcientibus corruptam fuiſſe electionem, nec vllo modo, aut recipi, aut haberi pro Pontifice debet, ſi manifeſtè hoc appareat.[d] Cuius rei ratio hæc eſt, quia ad eligendum Petri ſucceſſorem Christi Vicarium, Cardinales omnes, integritate animi, & optima mente accedere debent, non autem precibus, aut precio corrupti, amore, aut odio aliquo, ſed tota cogitatione reſpiciant oportet vtilitatem eccleſiæ vniuerſæ, honorem Dei præpotentis ante oculos habentes, ſi verò ſecus faciant, oleum atque operam (vt in prouerbio eſt) apud Devm, & homines perdunt, quoniam tanta ſibi poteſtate conceſſa abutuntur, itaque æternos ſibi cruciatus acquirunt in alia vita, in hac vero ſummum dedecus, atque infamiam contrahunt.[e] Huc accedit, quod ius diuinum in rebus nefariis, atque iniuſtis, nullo modo adeſſe poteſt, ſed tùm influit, cum amoto humanarum rerum amore, atque odio, ardore illo charitatis incenſi procedimus ad res agendas.[f] Ex his igitur ſatis conſtat electionem corruptam minime comprobandam eſſe, licet duarum partium conſenſu fuerit facta, nec iſte

23. c. in nomi domini ad fi. em ita inter- etatur Hoſt. oàn. Andr in icet de vitan- de elect.

in nomine do ini ad fin. 23. ſt. Dionyſius A- op a. li. de ec- eſiaſt. Hierarc. ſi. circa fin.

iſto modo nominatus Pontifex volens, ac ſciens conſentire debet, quod ſi tam impius fuerit, vt diuina atq; humana omnia negligat, quoties illa, quæ ad Pontificem verum pertinet adminiſtrat, facinus perpetua morte mulctandum admittit, perpetuoq; anathematis crimine ſemper deuinctus erit[a] nec iſte Apoſtolicus, ſed apoſtata eſt cenſendus. [b] Idem exiſtimandum eſt de illo, qui pecunia electionem corrupit, aut tumultu aliquo populi, aut militum ſine vſitato conſenſu duarum partium ex Cardinalibus fuerit electus, quibus quidem caſibus licebit Cardinalibus, & Sacerdotibus, qui verè DEVM reuerentur portentum huiuſmodi deteſtari, humanoq; implorato auxilio illud à ſede Pontificia expellere. [c] Si duo, præter quam decet duarum partium conſenſu Pontifices nominati fuerint, non certo conſilio, ſed temeritate certantium, neuter ipſorum recipi debet à Chriſtianis hominibus, electiones enim huiuſmodi ipſo iure nullæ ſunt, iterumq; alium eligant oportet, qui aut omnium, aut ſaltem duarum partiũ ſuffragia ferat. [d] Electio quoque facta illius, qui vxorem habuit, & mortuam credidit ſuperſedere debet, quouſque de ea conſtiterit, nam ſi ipſa virum repetat Pontificem electum, aſſignatum munus relinqui lex iubet, atq; vxori adhærere, etiam ſi ſacratus fuerit, & in ſede Pontificis conſtitutus. [e] Idem dicit Io. glo. de quolibet ſacerdote in Pontificem electo, vt puta de Abbate, aut præfecto aliquo regulari, cui monachi obediunt, nam ſi ipſum repetant debet ad ipſos redire. [f] Sed profecto nullum eſt periculum, quando enim huiuſmodi caſus euenit? hodie niterentur omnes, vt aliquis ex ſuis Pontifex crearetur. Iam enim nouerunt commodum atque vtilitatem, quæ inde ad eorum conuentus, atque eccleſias promanat, & priuilegia quæ ipſis erogantur. At vero rite electus in conclaui duarum partium ibi præſentiũ, ſicuti diximus conſenſu, ab vniuerſa eccleſia Romanus Pontifex habendus eſt, licet tertia parte Cardinalium reclamante, nihil enim impediet, ſi quis autem tertiæ partis nominatione creatus Pontifex, nomen, & inſignia Pontificis ſibi aſſumpſerit, excommunicationis pœnam incidit, cumq; eo omnes, qui elegerunt, aut recipient huiuſmodi Pontificem. [g] Ante omnia in electione Pontificis, ſciant Cardinales, ſententias & ſuffragia vniuſcuiuſque ex collegio liberas eſſe debere, eumq; iure Pontificem habendum, qui duarum partium conſenſu nominatus fuerit, nam diuino munere vim ſuam accipit, licet Cardinales ſint miniſtri inſtituti, & inſtrumenta quædam, tamen in illo Cardinalium conſenſu iuſtè eligentium, DEI filius humanæ naturæ redemptor, habens in cœlo, & in terra abſolutiſsimam poteſtatem. [h] Confert in illum omnem eius autoritatem adminiſtrandæ vniuerſæ eccleſiæ, curam alligandi & ſoluendi in vtroque foro, cœlorum claues, ſcientiam, & iuriſdictionem orbis vniuerſa, ſicut olim D. Petro conceſsiſſe legimus, quod firmiſsime credit & profitetur vniuerſa CHRISTI Eccleſia

a c. In nomine domini ſuprato.
b 79. diſtin. c. iam vero.
c c. ſi quis pecunia diſt. 79. Hoſt. in ſum. de ele. explicite in cap. ſi de vitand. de ctio.
d c. ſi duæ contra. 79. diſt.
e Io. glo. & chi. in c. ſi quis pecuniã. 79.
f No. glo. in quantum ſit neceſſarium. 18 v.
g c. licet de
h Matth. vlt.

cleſia, [a] eſt igitur hæc poteſtas Pontificis diuina in ipſo, à ſummo Deo deſcendens. [b] Quod ſacratæ etiam conſtitutiones oſtendunt. [c] proinde impium eſt cogitare Devm, qui ipſum bonum eſt, ipſa mentis integritas, conferre tantam autoritatem homini, per ſummum ſcelus in Pontificem inſtituto, cum negocium hoc non ſine ſpiritus ſancti interuentu, aut confici, aut tractari poſſit. [d] Vbi Pontifex Gregorius de electione ſic dicit. Ceſſat electio dum libertas adimitur eligendi. Idem aſſerit Nicolaus. III. [e] Romani inquit Pontificis, quæ ſuis temporibus occurrit electio, Cardinales ſumma libertate procedant, & in communi Concilio Lateranenſi publicam conſtituit autoritatem Nicolaus. II. electionem Pontificis eſſe debere puram, integram, & gratam, quod ſi in Vrbe propter ſceleratisſimorum hominum audaciam tractari non poſſit, extra Vrbem adminiſtranda eſt aliquo tuto loco electo, [f] dum inquit ibi pura.i. munda, & ſine acceſſione alterius rei, aut cogitationis electionem inquinantis; purum.n. idem eſt quod mundum & immaculatum. iuxta illud Pſalm. [g] Cardinales eoſdem ibi dum inquit omnis priuatæ affectionis in electione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, & obligationis non neceſsitate, & quæ ſequuntur, pura ibi id eſt, ſine dolo [h] alias etiam pura accipitur pro ſimplici & ra [i] eſt etiam, [k] cum interpretatur, ſine dolo, aut fraude, aut ordine non ſeruato, dicitur enim ſincerum, à con & cera quaſi ſimul cum cera. Apoſtolus etiam hortatur, vt nos ſinceros geramus hoc eſt mundos, & ſine macula, vt Deo placeamus. Itaque debet eſſe grata ſpontanea & libera abſque aliquo metu. Præterea conuenit etiam doctrinæ Christi gratis accepiſtis, gratis date, alloquitur enim in hanc ſententiam Apoſtolos. Concludamus itaque ſi Cardinales per audaciam, ambitionem, aut corruptelam aliquam Pontificem eligant, electionem huiuſmodi eſſe erroneam, & nullius momenti, quia non pura, non ſimplex, non gratis eſt pertractata, & ita electũ nullo modo conſentire debere, ſi autem conſenſerit anathema eſſe, nec pro Pontifice, aut recipienda, aut habenda. [m]

De more eligendi Pontificis in primitiva ecclesia *ſæpius immutato.* Cap. XXVII.

Modvs eligendi ſummi Pontificis à primaria inſtitutione variè immutatus eſt, ſicuti in ſacris literis, conſtitutionibus, hiſtoriis, atq; annalibus intueri quiſq; poteſt. Nam primò Christvs Dei filius, verus omnium paſtor, ſummus ſacerdos, & Pontifex, princeps regum vniuerſi orbis D. Petro Apoſtolo ſpeciatim, & expreſſè claues regni cœlorum tradidit. Matth. [n] & Apoſtolis præſentibus curam totius gregis ei demandauit. [o] quem ore proprio nominauit,

...vltim. Mat 16.22. diſt. ...es. 23. diſt. ...nomine do ...i de elect. c. ...c. ſignifica ...vbi maius. ...ndamenta, ...lib. 6. clem. Romani de ...t. de maior. ...be. c. ſolitæ ...de elect. c. per venera... ...uod olle dift. ...ocen. c. 1. de ...ſ. clarius in ...cet ex ſuſcep ...e foro cōp. ...ſacroſancta. ...diſt. 3. c. 1. & ...c. traſla. c. no ...de iud. ...q. 1. c. gratia ...pradin. & c. ...ius. 5. 7. diſt. ...quis in ægri ...line de cōſe. 4. c. ſolet quę ...le baptiſ. ma... ...§. quæritur, ...hoc habet tex ...in. c. vbi ma... ...§. cæterum elect. in. 6. ...n. c. fundamē ...§. decet eodē ...c. In nomine Domini. ...o. Cor mun ...n crea in me ...us. ...ſtatutum. §. ...ſperān. verb. ...tate de re... p. in. vi. ...t. q. 9. clemē. ...Rom. §. ergo. ...n. c. ſupraci... ...In nomine ...mini.

minauit, atq; elegit paſtorē vniuerſæ eccleſiæ, cū inquit, & ego tibi dico, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meā, & portæ inferi &c. Poſtquā autē ſurrexiſſet eundē confirmauit coram Apoſtolis, ait. n. ſi diligis me Simon petre, paſce oues meas, ſolo autē verbo eū ſacrauit, cunctiſq; præfecit, vt nobis relinqueret exemplum inſigne, ad perpetuam eligendi Pontificis memoriā, quæ in eccleſia vniuerſa vſque ad finem ſeculi obſeruaretur, [b] & ſic conciliantur conſtitutiones Gregorii, & Anacleti, [c] ipſum etiam Pontificem electū omni auctoritate honeſtauit, & cunctis præeſſe voluit cephan appellans. i. caput eorum, cui quidem Apoſtoli omnes ſemper paruerunt, Anacleto teſte, [d] quòd diuina factū eſt inſtitutione, non autem Apoſtolorum conſilio, & ſic etiā debent intelligi conſtitutiones. [e] & Caietanus [f] inquit, Petrus maiori deuotione CHRISTVM cōfeſſus eſt, dicēs tu es CHRISTVS filius DEI viui, & meritò cæteris fuit præpoſitus, Petrus autem in primis hunc morem à CHRISTO traditū ſeruauit, nam cum non procul à morte abeſſet, Clementem ſibi Romæ ſubſtituit ſucceſſorem, cōuocatis, qui ibi aderant CHRISTI fidelibus, ſed hoc profectò ab eo neceſſariò factū fuiſſe credendū eſt, cum videret in quātis moleſtiis, Romanā Eccleſia verſaretur neq; verò propter tyrannorū nimiam in Chriſtianos homines ſæuitiā, commodè in vnum cogi potuiſſent ad eligendū Pontificē. Itaq; auctoritate propria eundem Paſtorem cōfirmauit, in eumq; vniuerſæ gregis curā ſibi impoſitam tranſtulit. Petro vita functo, prudentiſſimus Pōtifex animaduertēs futurū eſſe, vt exemplo D. Petri, omnes ſibi ſucceſſores eligerent, & tanquā hæredes ſummi Sacerdotii, ꝙ ſanè nō modo ridiculū, ſed etiam pernicioſum eſſet, ne hoc ipſe ad poſteros trāsferret, ſpōte, & libere onus huiuſmodi in manibus ſacerdotū, qui tūm Romæ aderant reiecit, ceſſitq; officio, poſtea verò, iterū vno ſacerdotum ore Pontifex creatur, ꝙ ſacra teſtatur hiſtoria; ſic itaq; primus à Petro fuit Pontifex inſtitutus, tertius autē communi electione diuino numine celebrata, [g] clarū eſt enim vno eodemq; tempore non poſſe eſſe duo, aut plures Rom. Pontifices, quia ſicuti corpus vnum habet caput, non autē plures, ita eccleſia quæ eſt corpus CHRISTI, vnum caput, vnum Paſtorē tantùm habere debet, ſecus autem prodigium naturæ eſſet, illiſq; diſſentientibus miris modis mēbra vexarētur, neq; verò cum à CHRISTI inſtituto diſceſſerit eccleſia, ſeruabitur, ipſe caput viū præfecit Principē Apoſtolorum Petrum, omnemq; in eum cōtulit auctoritatē, vt ſingula mēbra eccleſiæ perfugiū haberent, ſi forte inter ſe diſcreparent in rebus gerendis, ſi autem plura eſſent capita nullo modo concordia, & pax fundamēta eccleſiæ ſuſtineri poſſent, neque ab his diſcrepant ſacræ conſtitutiones. [h] Tertius eligēdi Pōtificis modus Romanæ inductus, & obſer-

l cle. Rom. § dictus de iur. iur.
m c. In nomine domini.
n 16. Matth.
o Io. vlti. c. 21.
di. c. in nouo.
a Io. vltim. c. ſignificaſti de electio.
b Not. Arch. in roſario. c. in nouo teſtamento. 21. diſt.
c xxi. diſt. c. in nouo. 50. diſt. c. conſiderandum & c. fidelior.
d in. c. ſacroſancta. xxii. diſt.
e c. in nouo. 21 diſt. c. ſacroſancta. 26. diſt. c. cū beatiſſimus.
f in Matth. 16. c.

g ita Arch. in roſario. 7. q. 1. c. ſi Petrus glo. 7. q. 1. c ne autem.
h 21. diſt. c. In nouo. 23. diſt. c. ſacroſancta c. firmiter. § vna vero. de ſu n. trini. c. venerabile de elect. c. ſolitæ de maio. & obed. c. quoniam, in pleriſq; de officio ordi. c. per venerabilem § rationibus qui fi. ſint legit.

obſeruatus fuit,nimirū vt eligeretur à Sacerdotibus, non ſine cōſenſu cæterorū,qui in Vrbe eſſent fidelium,quòd quidem tunc temporis,in vſu fuit,cū iniuriæ,& cruciatus,quibus Chriſtiani homines paſſim affi- ciebantur,ita facto opus eſſe monerent,multiſq; tēporibus hæc conſue tudo permāſit,Fabianus Pōtifex decreuit, ne electio haberetur niſi ter tio die ab obitu,aut abdicatione Pontificis.Hoc idē Bonifacius.I I.con- ſtituit hoc modo.Pōtificatu cedente Cyriaco, Antherus II.ei ſubſtitu- tus eſt,vt Bernardus tractat in catalogo Rom.Pontificum parte prima. Idē Bonifacius.IIII. hoc cōſtituit in Cōcilio cōmuni.[a] Quartus modus eligendi Pontificis fuit per ſubſtitutionem obſeruatus,etiam in grauiſ- ſimis eccleſiæ periculis, & cum nullus erat electioni locus, Ita Lucius prim. Pōtificatu pulſus,omnem poteſtatem ſummi Paſtoris Stephano Diacono tradidit,eumq; ſibi ſubſtituit. Melchiades itē pulſus in exiliū Felicē,Pōtificem eſſe iuſſit, tractatur ibidem in Hiſtoria Romanorum Pontificum.Quintus modus creandi Pontificis cępit a Pelagio.II.Pon tifice,inductus à Romanis ſacerdotibus,& ab vniuerſo populo cōpro- batus,abſq; iuſſu Imperatoris,antea.n. poſtquā fidem CHRISTI rece- perant,& Conſtantinopolim Regiā Vrbem tenebāt auctoritatem hāc cōfirmandi Pontificis ſibi vendicabant, poſt Pelagium Imperatorū au- ctoritas ceſſauit,& D.Gregorius,& alii cōplures liberè electi fuerūt, vt ibidē legitur.Sextus modus fuit tēpore Agathonis Ponti. de quo habe- tur.[b] Septimo rurſus ad Imperatores res rediit, difficilimum nāq; erat in tantis eccleſiæ creſcentibus moleſtiis Pontificē eligere.. Itaq; Adria- nus. I I. Pont. ius Romani Pōtificis in Carolū Magnum Imperatorem, & Galliarū Regem trāſtulit.[c] Quam auctoritatem ſequentes Reges re- tinuerūt vſq; ad tempus Paſchalis Pontificis primi,qui à Ludouico Im- peratore immunitatem huiuſmodi prærogatiuæ impetrauit.[d] Octauus modus fuit obſeruatus à Nicolao Papa.II.An.ſal.M.lix.qui natione Ger manus,atque florentinus Epiſcopus, in ordine ſucceſſiuo Romanorū Pontificum centeſimus ſexageſimus primus à Cardinalibus Rom.eccle ſiæ,abſq; populi,aut Imperatoris cōſenſu Senis electus eſt,& conſecra tus,& paulo poſt in Vrbe ſumma lætitia,atq; pace omniū receptus eſt. Hic primò Cardinales ſoli Pōtificē eligere auctoritateq; ſibi à CHRISTO tradita vti ceperunt, eodemq; tempore cōmune Conciliū habitū atq; promulgatum fuit Lateranenſe,auctore diuino ſpiritu,cuius auctorita te declaratur,ad ſolos Cardinales præeunte conſenſu populi Pontificis electionem pertinere.[e] Nonum explicat modum Alexander Pontifex tertius,ab vniuerſa eccleſia in communi Concilio Romæ receptū,Car- dinales videlicet ſummum electionis ius ſolos habere, & quicunque à duabus corū partibus electus fuerit,vt ſupra diximus, is verè erit Pon- tifex,

a Tractatur.79 diſtin.c. Nullus vbi abunde hac de re videre potes.Arch.in roſ. cumulatè Hoſt. in.c.licet de vitā da de elect. Con plures in Clem. ne Rom. de electio.

b diſt.lxiii,

c lxiii.diſtin.c, Adrianus.

d Ego Ludouicus.lxiii.diſt,

e c.In nomine domini.xxiii. diſtin.

tifex.[a] Quæ conſuetudo quingentis amplius annis obſeruata eſt. Gregorius tandem Decimus commune concilium Lugduni conuocat, in quo quidem quingenti Epiſcopi, Abbates lxx. & alii ſacerdotes circiter mille adfuerunt anno CHRISTI MCCLXXXIIII. in eo cautum eſt, vt ſoli Cardinales omnem eligendi Pontificis habeant auctoritatem,[b] atque ab vniuerſo Romano populo receptum, & comprobatũ fuit. Hoc Clemens P. V. in communi itidem concilio affirmauit, atque dilatauit clem. Romani, quam conſtitutionem Io. xxii. poſuit in tit. de elect. Cum igitur Cardinalium dignitas re ipſa prius fuerit in Apoſtolis vnà cũ Petro degentibus, poſt glorioſum CHRISTI ad cœlos aſcenſum, Petrus autem caput, & Põtifex, non modo Apoſtolorum, aut eccleſiæ Anthiochenſis, aut Romanæ, ſed orbis vniuerſi fuerit, habuerintq́; omnes pro collegio auctoritatem eligen. Pontificis, quæ multis temporibus fuit obſeruata à ſacerdotibus, & populo Romano, & ſpeciatim à Romanis Imperatoribus liberaliter Pontifici & ſacro Cardinaliũ cœtui remiſſa, propter ius quod habent in eccleſia collegii Apoſtolorum. Arrogãtis ſanè & impii hominis eſt tantis temporum viciſſitudinibus confirmatam cõſuetudinem velle immutare, licet enim nec Pontificis, nec Cardinalium nomen primis temporibus eſſet in uſu, tamen quid refert, ſi hoc piè factum eſt, & res ipſa permaneat immutata? nam omnis auctoritas in communi cœtu, tã in Petro, quã in cæteris Apoſtolis permanſit, quantũ pertinet ad eccleſiarum omnium adminiſtrationem, vniuerſi gregis curã, & Chriſtianæ fidei acceſſionem, quod diui Patres & Chriſtiani Principes in ſacris legibus, atq; conſtitutionibus confitentur.[c] Et ſic quilibet ſine fraude ac dolo, ritè à Cardinalibus Põtifex electus, uerus Petri ſucceſſor exiſtit. Nã ipſi verè Apoſtolis ſuccedunt Paſtores, Doctores, & adiutores Chriſtianæ fidei ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis CHRISTI, quod eſt eccleſia, teſte Paulo.[d] Singuli autem Epiſcopis Apoſtolis diuina inſtitutione per totum orbem dimiſſis eccleſiis, & diœceſibus eiſdem aſſignatis ſucceſſerunt.[e]

a c. licet de uitanda de elect. cum ibi not. ab Inno. iiij. & Hoſtienſ.

b c. vbi maius periculum de elect. lib. 6.

c xxx. ita dominus, c. in memoriam, xxj. diſt. in nouo teſt. 22. diſtin. c. omnes, & c. ſacroſanct. 79. diſtinctione 96. c. duo ſunt, & c. ſi Imperator catholicus. c. Cõſtantinus eadem diſtin. c. Victor Honorius xcuij. diſtin. l. cunctos populos, Epiſt. inter claras. c. de ſum. trin. & fid. cath.

d ad Epheſ. c. 4.

e xxv. diſt. c. in nouo c. vidẽtes, 22. q. 1. atq; ita ĩterpretatur Card. Camerac. lib. de poteſtate eccleſ. par. 1. q. vj. & vij.

DE CVRA DD. CARDINALIVM IN GRAVIORIBVS *malis impendentibus eccleſiæ, cum Pontifex illis occurrere negligat.*

Cap. XXVIII.

QVOTIESCVNQVE ſtatus eccleſiæ propter hæreſim, uel tyrannidem, uel aliud grauius impendens malum periclitaretur, ſi Pontifex occurrere negligat, tunc Cardinalium eſt neruos omnes in eam curam intendere, ne quid Chriſtia-

na Reſp. detrimenti accipiat, ſunt enim adiutores, & conſiliarii Pont. vt vnà eccleſiam adminiſtrent.[a] Et in iis caſibus iura omnia, quæ poſitiua appellamus, tunc temporis cedere eis debent. Ita Beda ad Matth.[b] Et qđ aliàs minimè liceret, neceſſitas imminens, vt liceat facit.[c] nemo enim dubitat quin Apoſtoli de communi collegio, iis rebus conſulerent, quibus minimè poterat Petrus, & ſumma auctoritate ſibi cum eo tradita vſi ſint.[d] & paſſim omni iure receptum eſt neceſſitatem legi non eſſe ſubiectam.[e] multo magis autem voluntati diuinæ ſubiaceant neceſſe eſt, quæ nunquam fallitur, nunquam decipitur, & ſuâ ſponte ſæpiſſimè laboranti eccleſiæ conſuluiſſe reperitur.[f] CHRISTVS dilexit eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret &c. donec conueniamus omnes in vna fide & agnitione filii DEI, CHRISTVS autem caput eſt eccleſiæ, ex quo corpus totum connexum & compactum eſt, nimirum iunctura adminiſtrationis, vnuſquiſque enim ſingulorum membrorum actionibus acceſſionem corporis facit, vt Paulus inquit in ædificationem ſui, in charitatem ad Epheſ. cap. quarto. Si ergo miniſterii caput in eccleſia ipſe eſt Pontifex, à CHRISTO capite præcipuo, in ſede Petri, ſucceſſor inſtitutus, & animo abiecto extiterit, aut minimè idoneus rei gerendæ propter aliquam cauſam videbitur, tunc temporis dedit CHRISTVS eccleſiæ quoſdam Apoſtolos, nonnullos paſtores, hoc eſt Epiſcopos, & alios, ad quos cura animarum pertinet, præmiſit autem in prima ſpecie totius eccleſiaſticæ Hierarchiæ Apoſtolos, vt oſtenderet, eos prius quam Epiſcopi in eccleſia inſtitutos, fuere igitur primùm ad gubernacula Reipublicæ Apoſtoli, ergo & Cardinales, unà cum Petro Romano Pontifice, qui ſi aliqua cauſa defecerit, tunc Cardinales pro collegio omnem rei adminiſtrandæ habent auctoritatem, vt eccleſiæ vniuerſæ corpus integrum ſeruetur, vbi etiam ius poſitiuum ſupplendum eſt, & requiritur abſoluta auctoritas, Pontifex vero ſi non adeſt, tunc temporis Cardinalium intereſt, ſi neceſſitas cogat, aut periculum Chriſtianis impendeat, cœtu ſacroſancto coacto, ſumma concordia prouidere, ne quid Chriſtiana eccleſia detrimenti accipiat.[g] Nam ius gentium etiam iubet, ſi aliquod ambiguum in eo ſit declarandum, ad eundem refugere, qui illud ſupplere poteſt, quo caſu multa ſunt conceſſa Cardinalibus, quæ alias nullo modo dantur, niſi expreſſe aut permiſſa, aut prohibita fuerint.[h] Neceſſitatis item cauſa, edicta omnia, quibus aliquid prohibetur ceſſant, quando in illis iuxtà cauſa intelligitur excepta.[i] Nec veriſimile eſt CHRISTVM voluiſſe ſpõſam ſuam eccleſiam, cum magis illi opus eſt, orbatam omni auxilio iacere; ſed Apoſtolos inſtituiſſe, qui ei opem ferrent, eamq́; vſque ad finem adminiſtrarēt, quam ipſe proprio redemit ſanguine,[k] ne Paſtore amiſſo

a c. fundamẽta. §. decet de elect. in 6.
b c. quod non eſt de iur. iur.
c ad idẽ. 5 1. diſ. c. ſicut. 6. q. 1. literis de conſec. diſ. c. diſcipulos.
d 50. diſ nõ vos & c. rationi de iur. iur. in 6.
e de conſuetu. c. quarto. & c. 2 in fin. de conſe. diſt. & in c. ſicut & diſt. 3. c. peruenit, & l. 1. § Arietes, ff. ſi quad. paupe. feciſ. dicatur.
f Paul. ad Epheſ. v.

g c. licet de vitād. c vbi maius §. idem quoque de elect. 79. c. ſi duo contra fas. & c. ſi quis peccu piam.
h in d. c. ius gẽtium. 23. ff. quæ in fraud. credi. l. ait Prætor. §. ſi debitorẽ. C. de decurio. l. generaliter li. x. not. Inno. in c. olim de reſt. ſpol. & c. dilect de appella.
i c. excellẽ. & c. quoniam multos. 11. q. 3.
k c. pro humani de homic. lib. 6.

amiſſo, vniuerſus grex CHRISTI diripiatur.[a] Habent itaque Cardinales cum Pontifice plenam auctoritatem in eccleſia, quo defuncto, adhuc penes illos reſidet poteſtas, ita vt ius ſupplere poſſint, legesque eis ſubiaceant ſicuti diximus, quoniam nulli proximiores ſunt ſummo Paſtori.[b]

a c. ne pro defectu de elect.

b c. fundamenta de elect. & c. 1. de off. lega li. 6. cu n. ibi not.

DE POTESTATE DD. CARDINALIVM PROPTER *infirmitatem Pontificis, ſeu ob aliam cauſam inutilis rei gerendæ, exercenda.* Cap. XXIX.

SI propter valetudinem, aut aliam cauſam, veluti, ſi furioſus, aut mutus, aut ſurdus Pontifex fiat, neque rectè munus tantum exequi poſſit, habent Cardinales plenam auctoritatẽ administrandi quæcunque pertinent ad vniuerſam eccleſiam, nam ſunt præcipui illi, & ſancti montes, in quibus firma reſident eccleſiæ fundamenta iuxtà ſententiam Pſal.[c] Et ſunt Cardines, circa quos vertitur Põtificia omnis auctoritas, & cura vniuerſæ eccleſiæ, qui caſus ſi euenerint, tùm re ipſa perficitur eccleſiæ oratio, quæ in hunc modum præcatur in præfatione Apoſtolorum. Vt eccleſiam tuam Paſtor æterne nõ deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, vt iiſdẽ rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eiſdem contuliſti præeſſe paſtores &c. maximè autem, cum debilitata eſt eccleſia, & in ſummum adducta diſcrimen propter valetudinem Pontificis, quo viuo alius ei ſubſtituatur nullo modo fas eſt.[d] Sed tamen non minorem habet auctoritatem, neceſſitate cogente collegiũ Cardinalium in iis adminiſtrandis, quæ ad eccleſiam pertinent, cum etiam bene affecto Pontifici adiutores electi ſunt.[e] Quid autem, ſi contingat, vt Romanus ſummus Epiſcopus à Barbaris, aut hæreticis (quod DEVS auertat) capiatur, vel in exilium expellatur, ſicuti Lucio, & Melchiadi factum eſſe legimus?[f] planè Cardinales omnem adminiſtrandæ eccleſiæ habent auctoritatem, ſiue ad ſpiritum, ſeu ad corpus negociũ pertineat.[f] Nec mirum hoc eſt, cum etiam collegia primarum, eccleſiarum, ſi qua de cauſa abſit Epiſcopus, adminiſtrare iure poſſunt, illa quæ Epiſcopus agere oportebat.[g] His igitur caſibus, ne Chriſtiana Reſpub. vllo afficiatur incommodo, Cardinalium intereſt prouidere, & diligentes, ſeipſos præſtare in illis adminiſtrandis, quæ ſalutem, aut ſingulorũ, aut communem reſpiciunt.[h] Sanctus enim ſpiritus, quo auſpice eccleſia catholica regitur, atque adminiſtratur vires ſuggerit, & verba Cardinalibus, in officio ſuo permanentibus, cui diuino inſtituto ſunt electi & vocati Cardinales,[i] Cardinalium ſenatus ratione ſtatus Hierarchici,

c c. 86. ſanct. ciuitatis alma matris eccleſiæ. c. fundamenta de elect. lib. 6. c. ſacroſancta 22. diſtin.

d 79. diſtin. c. quis & c. nullus ead. diſ. & 7. q. 1

e c. fundamenta ſupra citat.

f c. fundamenta. §. decet de elect. lib. 6.

g c ſi epiſco. de ſuppel neg. præ. lib. 6.

h 7. q. 1. c. quam tis

i c. ſacroſancta in ſi. 12. diſt. 3. c. oportebat. 79 diſt. c. vbi maius §. decet de elect. c. 1. de off. leg. c. ad Apoſt. de re iud. c ad ſuccenden. de ſciſ. c. felicis de pœ. lib. 6

qiſem in eccleſia ſuſtinet, Apoſtolorum locum ſortitus, eandem habet iuriſdictionem, auctoritatem, & poteſtatem, quam Apoſtoli cum Petro habuerunt in vniuerſa eccleſia, nec ſummus Pontifex illam adimere poteſt, aut efficere, quin vrgente neceſſitate ea vtantur, eſſet enim perturbare, & euertere concordiam vniuerſæ eccleſiæ, quòd nullo modo Pontifici permiſſum eſt, data eſt autem ei plena poteſtas, non ad perniciem, aut cladem, ſed ad ocium, atque pacem. Quid ſi ea omnia quæ Apoſtoli docuerunt, quæ CHRISTVS ipſe, euertere nitatur? vtique iã non ſententiam ferre, ſed longe aberrare dicendum, Pontifice ipſo teſte,[a] Idem D. Leo Papa v. quæ ad perpetuam, inquit, eccleſiæ DEI generaliter ordinata ſunt, nulla commutatione varientur;[b] ibique gloſ. inquiens non poſſe Pontificem contra generale eccleſiæ ſtatum diſpenſare, nec contra CHRISTI fidem,[c] nec debet Pontifex ratione proprii cõmodi vniuerſum eccleſiæ ſtatum perturbare.[d]

DE CONVOCANDO CONCILIO A DD. CARDInalibus ſuper facto ſciſmatis, eorumq́ opere præſtando. Cap. xxx.

QVONIAM autem Chriſtianorum omniũ diuturna comprobatione receptum eſt, collegium Cardinalium poſt Pontificẽ dignitate, atque auctoritate maiori in eccleſia prædictũ eſſe, atque primi & ſecundi ſtatus Apoſtolorũ vicẽ gerere, per CHRISTVM DEI filium verè, atque hominem totius orbis redemptorẽ, ſummũq; ſacerdotẽ, in quẽ Aeternus Pater, omnẽ trãſtulit poteſtatẽ.[e] Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra &c. Ante n. quã pateretur iiſdẽ præſẽtibus Apoſtolis, ſic eos allocutus eſt. Vos eſtis, qui pmãſiſtis mecũ in tẽtationibus meis, ego aũt diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo, hoc eſt in eccleſia militãti dũ viuerẽt, poſt mortẽ aũt in cœleſti patria, in die itidẽ glorioſæ reſurreſtionis diſcipulis cõgregatis apparuit illis IESVS, & gauiſi ſunt viſo domino, & dixit eis pax vobis, accipite ſpiritũ ſanctũ,[f] & præcepit eis, vt prædicarẽt euãgeliũ, & teſtatũ relinquerẽt, quia ipſe eſt cõſtitutus à DEO iudex viuorũ, et mortuorũ, vt Petrus cõfirmat Actorũ,[g] eo ipſo die mira quædã, & arcana illis cõmunicauit, vt diuinæ naturæ participes efficerẽtur; vt vniuerſam iuſtè, ſanctèq; adminiſtrarẽt eccleſiã, fideles eſſent erga CHRISTVM, virtute in rebus agẽdis abũdarent, ſcientiã haberent, abſtinentiã, patientiam, pietatem, amore, & charitate erga proximos flagrarent, fugientes quæ mũdi ſunt nõ vt ſuperbi dominentur cæteris, ſed piè, & humaniter, vt cũ apparuerit

[a] in c. ſunt quidam xiij. q. j.
[b] c. quæ ad perpetuam. xv. q. j.
[c] huc facit. 9. q. 3. c. fi. vbi gloſ.
[d] 1. q. vij. c. & ſi illa, etiam quæ congerit Guglielmus Durant. in Spec. par. i. tit. de legat. § nunc breuiter. not. In hoc etiam P. II. Hanc etiam quiſitionem ... de ſent. excõ.
[e] Matth. vltim. Apoſt. ad Heb. [illegible] & cap. 7.
[f] Ioan. c. xviij.
[g] x. in fin.

rit Princeps paſtorum, immarceſcibilem gloriæ coronam recipiant, vt inquit D. Petrus.[a] Ideo ad Pontificem cum Cardinalibus pertinet, ſi hæreſis aliqua inter Chriſtianos excitetur, qua quidem extinguitur amor, & charitatis vinculum in eccleſia, populique vniuerſi ocium perturbatur, Concilium publicum indicere, neque permittendum eſt peruerſas aliquas opiniones augeri, & cõſeneſcere (grauius ſi quidẽ ſæuit inueteratus morbus) ſed euellendæ, penitus eradicandæ ex hominum mentibus, cum autem hoc facit Papa cum Cardinalibus, perficitur Petri doctrina, qui[b] inquit ſeniores, & maiores, qui in vobis ſunt. vniuerſam eccleſiam alloquitur Obſecro, conſenior, & teſtis, paſcite, quantum in vobis eſt gregem, non grauatè, ſed libenter, æquo animo vt vult DEVS, non turpis lucri gratia, ſed voluntariè, id eſt gratis, cõſulentes eccleſiæ vniuerſæ, quotieſcunque illi opus eſt, ita enim ab Apoſtolis factitatum legimus, vt phariſeorum hæreſim extirparent, cum Petrus ſolus minimè poſſet cõtra eorum nequitiam, & inſaniam,[c] Phariſei autem nomen, autore Hieronymo, nihil aliud ſignificat, quàm diuiſum, & fouens diuiſionem, ſciſma verò ſciſſuram valet,[d] Quem locum ſic interpretatur Pontificia conſtitutio,[e] Sunt etiam in Hierarchia eccleſiæ, Cardinales inſtar cæleſtis hierarchiæ, vigintiquatuor ſeniores, cum ſucceſſore Petri Apoſtoli, qui in loco ſuperius citato, ſe ipſum etiam ſeniorem nominat, vt relinqueret ſucceſſoribus exemplum, quòd inter Cardinales debeat Romanus Pontifex ſeipſum connumerare.[f] ob hanc igitur cauſam in genere loquitur Pontifex, & Cardinales fratres ſuos nominat. Cum igitur de Hæreſi aliqua ob orta extirpanda agitur, Pontifex autem negligenter agat, & magnum ex mora appareat malum eccleſiæ euenturum, & requiſitus, nollet, aut differet uerè conuocare Concilium, tunc primo loco poſt Papam commune Concilium Cardinales conuocare debent, Imperator quoque hoc idem facere poteſt, & Chriſtiani Reges, quorum officium eſt eccleſiam tueri.[g] quanquam Cardinales propriè quodammodo in poſſeſſione eſſe dicuntur Pontificis eligendi.[h] Conſequens itaque fuerat, ad eos etiam pertinere propriè illa omnia, quæ electionem ipſam reſpiciunt.[i] Itaque dicendum Põtifice impedito, aut nolente, deſerere, aut permittente pericula imminere eccleſiæ DEI Cardinales, tamquã Cardines orbis & fundamenta pro bono pacis vniuerſæ eccleſiæ, Conciliũ publicum indicere poſſe, iure naturali, Ciuili, Canonico, & diuino, atque ſententia Philoſophorum. Cum enim membra vnius capitis ſint, æquum eſt vt mutuum ſibi officium præſtent[k] capite impedito, ſi enim vt inquit Ariſtoteles maior pars ciuitatis atque valentior, maio-

a 1.v.c.& 2.1.

b c.vltim.1.

c Act.15.

d 44.q.1.c.ſciſma.

e c. pro venera. §.rationib. qui fil. ſunt legit.

f notat. Arch. 22.c. ſacroſanct.

g 23.diſtin.q.v. Principes.c. Regũ.§.adminiſtratores.

h c.licet de electio.c. vbi maius c.fundamẽta eodem tit. l.6. cle. ne Ro.eod.titu. i.&.præterit.& c cupien.§. ad hoc &.§ ſi vero de ele. lib.6. xlvi diſt. c.fin. & ibi notat. in gloſ.

k toto titu. de ſupplen. negli. prælat.

rem

rem habet dignitatem, & prærogatiuam honoris, ad eamque eius omne publicæ vtilitatis, atque commodi ſeruandi pertinet, profectò idem hoc loco de Cardinalibus ſtatuentes nemo iure optimo reprehendet, nec nobis obſtabit, ſi quis dicat hoc expreſſè vetitum eſſe in clementina ne Romani in §. irritum de electio. nam breuiter reſpondeo, quod cum §. irritum ex aduerſo citatus, complectatur illa, quæ continentur in c. vbi maius §. idem quoque de elect. in. 6. illi ſtandum eſt, atque dicendum vetita eſſe Cardinalibus alia omnia, præter illa, quæ ad electionem Pontificis pertinent, quòd omnes fatentur. At hoc caſu Concilii vniuerſi congregatio pertinet ad electionem, nimirum, vt hæreſi extirpata, is creetur Pontifex, qui eccleſiam ſubleuet, eique ociū paret, atque quietem; vnus eſt enim CHRISTI grex, ita æquum eſt vnū præeſſe paſtorē CHRISTI Vicariū.[a] & hoc modo §. irritū non prohibebit Cardinalibus Concilium indicere, quòd ſentit etiam Cardinalis Florentinus.[b] Sed quoniam de vniuerſalibus Conciliis meminimus, non alienum videtur quærere, quo tempore in vſu eſſe cœperint, & planum eſt Cōſtantini Imperatoris ætate, Syluestro Pontifice cœpiſſe, ſic ait D. Iſidorus,[c] antea enim cum miris modis CHRISTI nomen perſequerentur tyranni, eſſentquè Apoſtolorum ſucceſſores in prædicatione Euangelii occupati, non habuit ſummus Pontifex liberam facultatem in certum locum conueniendi cum cæteris Epiſcopis, hinc tam multæ hæreſes, & variæ diſſentientium ſectæ vbique exortæ ſunt,[d] vt Bernardus Guidonis de tempore celebrationis generalium Conciliorum eccleſiæ militantis dicit; Poſtquàm autem Romanum Imper. CHRISTI nomine inſignitum, ad Conſtantinum translatum eſt, primus ipſe Imperator auctoritate ſua commune Concilium indixit, cum enim admodum exigua illis temporibus eccleſiæ auctoritas eſſet, & nullius propè exiſtimationis, opus fuit, vt Imperatoria manus interueniret.[e] Eodem modo Iuſtinianus poſtea ſextam habuit ſynodum,[f] Concilium itaque Nicenum habitum eſt Conſtantino regnante,[g] Vbi videas multa concilia ab Imperatoribus habita. Alibi etiam legitur Conſtantinum Nicen. Concilio præfuiſſe,[h] Carolus quoque qui magnus eſt appellatus commune Concilium indixit eccleſiæ.[i] Poſtea vero cum in dies CHRISTI nomen augeretur, multis ſanctionibus cautum eſt, ne ab aliis, quàm à Romanis Pōtificibus concilia huiuſcemodi pub. indicerentur,[k] vbi rationē inſpicere poteris; ideo inquit ſanctæ ſedi huic priuilegia ſpeciatim ſunt conceſſa, tàm indicendi pub. Cōcilii eccleſiæ vniuerſæ, iudiciorum, ac reſtitutionum Epiſcoporum, quàm pertractādi omnia eccleſiæ negocia, vt omnibus oppreſſis leuationem, & iniuſtè

damna-

a Matth. 16. & Ioā 21. 9. q. 3 c. cuncta per mundum. c. per principalem.
b q. v. in hoc eodem facto.
c lib 6. & 17.
d c canones. 25 diſtin.
e 16. diſt. c. Habeo librum.
f c. ſexta ſynodus ibi exequē. 16. diſtin.
g diſt. 15. c. ſacroſancta.
h 11. q. 1. c. continua.
i lxiii. diſt. c. Adrianus.
k diſt. 17. c. n. c. Huic ſedi. & c. multis. c. Ideo. v. q. 6.

damnatis in integrum reſtitutionem ab eccleſia Romana petere liceat, vt omnis improborum audacia comprimatur. Ideo Pontifex cum Cardinalibus Concilium publicum conuocare poteſt, ad quos etiam pertinet Chriſtianos omnes publicè, priuatimq́; admonere, vt peruerſæ opiniones ex animis euellantur, imitantes Petrum, & cæteros Apoſtolos, qui Hieroſolymis ſenatu habito, primi fuere iudices noſtræ Hierarchiæ, quibus ſanctus ille ſpiritus datus eſt ad Euangelii prædicationem, vt mortales omnes ad agnitionem veritatis raperent, atque inflammarent. Itaque nobis exempla, atque doctrinam monimentis nunquam interituris conſignatam reliquerunt ex illo viuæ charitatis oraculo CHRISTO DEI filio collecta, quæ quidem eò ſimplicior viſa eſt, quoniam in animos diſcipulorum adhuc rudium erat transferenda, Ita Dionyſius.[a]

a lib. de Eccleſiaſt. Hierar.

DE AVCTORITATE DD. CARDINALIVM IN CONuocando communi concilio, ſi duo, aut plures de ſummo ſacerdotio contendant. Cap. XXXI.

SI DVO vel plures ex Cardinalibus de Pontificatu contendant, amboque in eius quaſi poſſeſſione ſint, ita vt collegium vniuerſum in duas diuiſum partes, altera alterum ſequatur, pro diſſenſione huiuſcemodi ſedãda, poſſunt Cardinales concilium vniuerſum habere, totiſq́; (vt aiunt viribus) huic rei occurrere, præſertim, ſi altera pars requiſita non paruerit, impendet enim caſus, qui magnum vniuerſo orbi malum eſt allaturus, quare Principes eccleſiæ, ad quos hæc cura pertinet, videant ne pax vniuerſa perturbetur, adhibeantque omnia illa remedia, quæ præſentiora videbuntur, pro ea auctoritate, quam à CHRISTO DEI filio acceperunt, qui cœleſtis hierarchiæ Princeps exiſtit.[b] Conſtituit vero eccleſia, quòd maximè conſeruandæ naturæ conſentaneum eſt, vt vnumquodque collegium, quælibet familia concordiam amplectatur, nam variæ ſententiæ, graues inimicitiæ inter homines ſerunt. Dionyſius eodem loco. Cum vero ſummus eccleſiæ Princeps in hæreſi extirpanda minimè laborat, magno ſeipſum ſcelere obſtringit, tum verò iubet eccleſia, vt illius propinquiores, qui diuinæ auctoritatis participes ſunt concordiſſimi in hanc curam incumbant, & tanquam ſolis radii materias priores, ac denſiores, clariores efficiunt, quibus ad inferiora lumina demittuntur, ſic in eccleſia Cardinales alios pertrahere debent ad concordiam, atque hoc declarant ſacræ Hiſtoriæ, & Canones, diuino auctore ſpiritu conſcriptæ.[c] Quotieſcunque igitur diſſenſio huiuſmodi inciderit, ſi nullum

b Dionyſius de eccleſia. Hierar. c. 1. circa med.

c idem Dyoni. de eccleſ. hierar. c. 3. circa mediũ huc pertinet. c. ad hoc Deus. 89 diſtin. de pœni. diſt. 1. c. ĩ domo xlv. diſt. c. licet, &. c. eſto ſubiectus. xcvi. diſt.

in fine,de app.Felin.in rub.de maior.& obed.Rom.conſil.vlt. Soc.cõſil.99. in.3.vol.Bald.in.l.1.ff.de off.præfet.præto.

Deciſio III.

Collegium in poſſeſsione,vel quaſi eligẽdi Pontificis eſſe dicitur.c.licet, vbi omnes de elect.in.6.Petrus à mõte in lib.de monar.cõcil.in.§.poſtquam nu.4.eundem habet locũ, vt ne Pontifex maiora negotia ſine Collegii conſenſu adminiſtret,Zabar.in.c.perpendimus de ſenten.& excommu.Io.mon. in.c.ſuper eo, de hæreti.Contrarium tamen hodie in facto obſeruari multi diſputant,Alberic.in rub.C.de leg.ſtatuit enim leges,& decreta Põtifex ſine Collegio,Bal.in.l.cum multa.C. de bonisq; liberis, neque deſunt, qui huic ſentẽtiæ refragẽtur,Gem.in d.c.ſuper eo,& ibi.Io.Imol.Tu dic,nihil à bono Pontifice,niſi adhibito Cardinalium conſilio,pertractandum eſſe,ſi vtilitatem,atq; exiſtimationem eccleſiæ ſemper ob oculos habeat,vt debet,abſolutè autem,dum ſedem Petri poſsidet, omnia poteſt, & hoc modo Doctorũ altercationes conſiliaueris,not.in.c.1.ext.de conſtitu. probat tex.in.c.per venerabilem,in.§.rationibus, ext.qui fil.ſint legit.Iacobat. de cõſil. lib.1.fol. 38.& latius infra diximus.

Deciſio IIII.

Cardinales omnes,qui in eo collegio aſciſcũtur, vno excepto communi nomine ſcribunt,is verò Baſilicæ.12. Apoſtolorum vocatur,Hoſt. in.c. cum olim dę priuileg.Archid.& ſequaces in.c.fundamenta de elect.lib.6.Corſet. in repertor.ad Abbatem in verbo Cardin.præsbyteri.

Deciſio V.

A Collegii ſententia appellare non licet,ſicuti neq; à Senatu, à ſolo autẽ Cardinali appellatur.l.1.cum ibi not.ff.à quib.appell. non licet.16.quæſt.1.c. eccleſia,not.in.c.Raynutius,& in.c.Rainaldus ex.de teſtam.

Deciſio VI.

Collegium autoritatem habet condendæ legis,ea tamen eſſe debet,quæ iuri communi non repugnet, not.in Clement.ne Romani de elect. Alberic. in.l.non ambigitur.ff.de leg.tut.Archid.in.c.Senatus conſultum.xi.diſtinct. not.in.l.fin.C.de leg.Alex.in.c.abſit.50.diſtinct.Barb. in.c.trãſlato de cõſtit. Iacobat.de conſil.lib.1.fol.38.Alban.de Cardin.q.42.

Deciſio VII.

Collegium ſemper autor pacis conſiliandæ inter Chriſtianos Principes eſſe debet,not.glo.in.c.nouit,de iudi.Io.An.in.c.quæ ſuper de voto redimẽdo,Iacob.de concil.fol.202.lib.4.vbi amplè.

Deciſio VIII.

Collegium grauiter delinquit,ſi conſulit Pontifici, vt ſine cauſa contra ius commune aliquid ſtatuat, Innoc.in.c. inquiſitioni de ſent.excom. Abb. in.c.de multa de præbend.Io.And.in.c.nouit de iudic.Iacobat.lib.1.fol.38.

Deciſio IX.

Collegium ſi cauſam habeat legatum à latere, quem Pontifex miſit, reuocare poteſt, Specu.in tit.de leg.in §.fin.Laud.de Card. q.21. Pauin.de off. & poteſta.ſede vacan.in.6.prælúdio,nu.7.In inter regno autē niſi magna vigeat cauſa locum non habebit, Mart.Laud.eo loco,q.99.

Deciſio X.

Collegium cōcedere poteſt, vt à flumine publico, qui naues vehit, aqua deducitur, ſi tamen in ditiōne eccleſiæ fuerit, not.in.c.cum te de re iudic. vbi ſcribentes, & in.l.quo minus. ff. de flumin. Iacobat.lib.primo folio.381 in lit.c.col.ſecunda.

Deciſio XI.

Collegium ſuadere debet Pontifici de terra, quæ ſancta appellatur recuperanda, trádunt Canon.in.c.qui ſuper, de voto, & voto redim.& in.c.ad liberandum de Iud. vbi Iō.And.

Deciſio XII.

Collegio arca communis eſt, Hoſt.Io. And.in.c.ad liberandum de Iud. in.c.ad Apoſtolicę de re iud.vbi etiam Archid. Habet etiam hominē camerarium, quem ſpecialē appellant, qui loco iudicis Cardinales obligat, æquè inter eos munera diſtribuit, eoſq; cogit, cum Chriſtianæ Reipūb. negotia exigunt, Hoſt.Archid.locis ſuperius citatis.

Deciſio XIII.

Ad collegium pertinet monere Pontificem, cum aliquid admittit, quo vniuerſa perturbatur eccleſia, diſtinct.79.c.ſi quis, & diſtinctio. 63.c. Adrianus not. Innocen. in.c. inquiſitionis, de ſenten. excommu. & in.c. quanto de conſuetud.

Deciſio XIIII.

Collegium opponere non poteſt, quòd electus Pōtifex non fuerit in collegio aſcriptus, Abb.in.c.licet de elect. & ibi omnes; Nec collegium Cardinales eligit, ſed tantum Pontifex, gloſ. & Docto. in Clemen. ne Romani eodem titulo.

Deciſio XV.

Collegium legem facere non poteſt, quæ permittat Pontificem ſibi ſucceſſorem eligere; hoc.n. nō ad ipſum pertinet, ſed autoritas omnis penes collegium eſto, not.in.d.c.licet, & in.c.vbi periculum eod.tit.in.6.Alban.de Card.quæſt.xxxii.

Deciſio XVI.

Cardinales ſinguli concilium conuocare non poſſunt, ſed Collegium hoc facit, Bal.in.c.cum olim ex literis, de reſcrip.Felin.in.c.ſuper literis eod. tit.Pauin.de viſita.q.2.part.1.num.26.tractat.libro.3. Iacobat. de concil. lib.1. folio.48.

Deciſio

Deciſio XVII.

Collegium appellatur Senatus Rom.Eccleſiæ, hinc Pontifex ſe ipſe inter Cardinales numerat, ſicuti etiam Imperator inter Senatores, Archid.16. quæſt.prima, in c.fundamenta de elect. Idem Archid.21.diſtinct. c. ſacroſancta, Io. de Anan.in c.ad liberandum, de iud. Barba.abundè de præſt.Card.in q.1.Iacob.lib.1.fol.38.& 209.lib.4.

Deciſio XVIII.

Collegii numerus ad Pontificis arbitrium defertur; Aliquando.n. Cardinales fuerunt nu.236.vt tempore Pontiani Pontificis, not. in clem. ne Romani, & in c.vbi periculum, eod. tit. & inquit Alberic. de Roſat.in rubr. de ſtat.homi.decens eos eſſe nu.70.vt oẽs iudicent nationes, Capiti. deciſ.114. & 120.quo in loco eos etiam 72.Apoſtolorum loco debere eſſe teſtatur, Gomeſ.in Reg.de Idiom.nu. 5. Io. de Lignano de conſec.Eccleſiæ, in.§.quarto, nu.10. Iacob. 1. lib. fol. 40. qui dicit ex omni natione Cardinales eligendos eſſe, ſed proprius è terris ſpectantibus ad Romanam Eccleſiam.

Deciſio XIX.

Collegium aduerſus Pontificem inſurgere minimè decet, Petrus à Monte in Monar.concil.in 1.quæſt.nu.11.

Deciſio XX.

Collegium non cogitur Pontificem ex numero Cardinalium eligere, ſed is quærendus, qui magis idoneus fuerit ad onus Pontificium. Philip. Franc. in c.vbi periculum, in §.præterea nu.5.de elect.in 6.Franciſ.de Platea de excommu.tract.lib.3.fol.231.nu.12.

Deciſio XXI.

Collegium ſi ad duos tantum Cardinales redigatur, vnus poteſt alterum Pontificem eligere, Franc.in c. in toto n.3.ext. de reg. iu. Alban.de Cardin. quæſt.23.vbi tenet quòd ſic.

Deciſio XXII.

Collegium ad Pontificis electionem uenire non poteſt ante tempus à iure præfixum, quamuis conſtaret Cardinales, qui deeſſent, ad illam diem adeſſe non poſſe, Franc.in d.c.vbi periculum nu.5. Franciſc. de Platea eo loci de excom.fol.230.nu.5.Iaſ.in l.cum ſtipulatus ſim, nu.12.de uerb.oblig.

Deciſio XXIII.

Collegium vacua ſede, poteſtatem habet Pontificiam, & iuriſdictionis vſum, Franc.in c.cupientes nu. 1. de elect. Contrarium tenet glo. in c. 1. de ſciſma, inquiens collegium ea non vti, niſi ex magna cauſa, & imminenti, annot.ſcrib.omnes in clemen.ne Romani de elect.& in c. ex eo, de pœnit.& remiſs.Pauin.lib. de viſitat.2.q.par.1.nu.26.Ioã de Sylua de beneficio, quæſt. 2.part.2, nu.26. Iacobat. de concil. libro primo, fol. 36.

Deciſio XXIIII.

Collegii duo Cardinales,ſpacio elapſo, aliis non expectatis, Pontificem eligere poſsũt, Franc.in d.c.vbi periculũ,nu.5.Collegium autem nihil aliud eſt,quàm eccleſiæ vniuerſæ (vt vocant) capitulum,Idem Philip.Franc.in.c. ſuper eo,nu.7.extra de hæreti.

Deciſio XXV.

Collegium viuo Pontifice, Cardinalem famæ reſtituit. Alii dicunt non poſſe hoc fieri,niſi in inter Regno Innoc.in.c.cum te de re iud. Bar.in.l.infa mem.ff.de pub.iud.Bertach.de Epiſcop.tractatuum lib.2. in.3.parte, nu.66. Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.in.2.columna.

Deciſio XXVI.

Collegium vacua ſede,Cardinalem cogere poteſt ad legationem obeũdam,vt tueatur dictionem Romanæ eccleſiæ,Card.florent.in Clem.ne Romani de elect.in.2.quæſtione.

Deciſio XXVII.

Collegium autoritate ſua præeſſe, ſanctorum declarationi vnà cum Pontifice debet,Hoſt.Io.And.in.c.1.de reliq.

Deciſio XXVIII.

Collegium ſenatus diuinus appellatur, ſacer cœtus, & gremiũ eccleſiæ, Bald.in tract.de ſciſm.quẽ inſeruit in tit. c.ſi quis aliq. teſt.not.in.c.in nomine Domini.23.diſt.Iacob. de concil.lib.1.fol.32.col.1.

Deciſio XXIX.

Collegium ſummi ſacerdotis pars exiſtit.c.felicis de pœnis, & ibi Arch Io.And.not.in.c.1.de off.leg. Io.mon.in.c.1.de ſciſma lib. 6. & Io.Lign.in.c.2 de cler.nõ reſiden.Belinc.de carit.ſubſid.q.66.nu.5. Bolog. de Indulg.nu.33 tractat.lib.3.Iacob. de concil.fol.33.lit.c.col.1.

Deciſio XXX.

Collegium,an in vno Cardinali remanere poſsit,Albanus lib.de Card.q 23.vt puta propter peſtilentiam,& ibidem plures rationes adducit, Gondiſ. de poteſtate eccleſiæ num.26.Nonnulli dicunt poſſe excommunicare eum, qui ſe in ſedem Romanam ingeſſerit,clemen.ne Romani, not.in.c.ſignifica ſti,de elec. & in c.per venerabilẽ,qui fil.ſint leg.Abbas in.1.q.nu.30.Prærogatiuas tamen Pontificis nullo modo infringere, nec ſine Pontifice, veteres conſtitutiones abolere.

Deciſio XXXI.

Collegium cui Pontifex præeſt,confert beneficia, ſed ea dicuntur à Pontifice de collegii ſententia collocata eſſe, in ſimili annot. doctor. in.c.1. de pact.& in.c.1.de ſponſ.

Deciſio XXXII.

Collegii dicto creditur Io. And.in.c.1.in fine, de cõtrau.feu.Gram.deci.

65.nu.

65.num.62.&.65.abundè.

Deciſio XXXIII.

Collegium in eccleſia Principē locum obtinet,hinc ipſi Cardinales Principes appellantur, ſumpto nomine à Leuiticis ſacerdotibus, qui Principes nūcupabantur.c.paſtorali.7.q.prima,& in.c.relatio cum glo. xxi. q.glo.in.c. 2.de off.Archid.Roman.in conſil.vltimo.

Deciſio XXXIIII.

Collegiū totius orbis iudex eſſe dicitur,Felin.in rub. de maior. & obed. Beatus Bernar.lib.4.de conſiderat. & ob hanc cauſam adminiſtrationi totius Chriſtianæ Reipublicæ inuigilare oportet cap. bonæ de poſt. prælat. Rom.in conſil.vltim.Io.de Tur.crem.lib.1.de poteſt.eccleſiæ.

Deciſio XXXV.

Collegii patres, antequam Cardinalis nomen acceperint, Patres appellabātur.c.in eccleſiaſticis.xii.q.2. c.in parocchia.16.q.1.Roman.d. conſil.vltimo,Io.de Tur.cre.1.lib.de poteſt.eccl.q.83.Io.de Silua, de bene.q.4.nu.44.

Deciſio XXXVI.

In collegio Cardinales primò tāquàm nubes ſint oportet,propter exiſtimationē. ſecūdo vt colūbæ propter vitæ integritatē, atq; innocētiā. tertiò candidiores niue, propter laudatisſimos mores. quarto fulgentiores vetuſto ebore,nimirum propter charitatem,& DEI memoriam.Caueant itaquè ne in collegio pro nubibus ſint nubile,aut nubes, ſine aqua reuerentiæ, & honoris,vitent faſtum omnem,& ſuperbiam, quæ vitiorum mater eſt; non innani gloria capiantur, quæ omnem abſumit virtutem; non amore pecuniæ,quæ tanquàm venenum eſt fugienda; non deſiderio parentum, & domeſticorum,ne viuos eos corrodant, & mortuos deſpiciant,his verbis benefecit mihi, ſed melius facere potuit;quare nihil aliud dies,nocteſq; cogitent Cardinales,quàm otium, pacem,bonum, atq; felicitatem Chriſtianæ eccleſiæ,Hoſtien.in ſum.de pœnit.in.§.cui eſt credēdum,in verſic.cui Cardinales,Beda.2.q.7.c.ſicut ſunt,Iſid.23.diſt. de his igitur Ambro. 12.q.prima c.cui portio DEVS eſt,not.in.c.nā ſatis,diſtin.86.Petrus de Baiſ.lib.de elect. c.35.par.1.num.8.Iacobat.de concil.lib.1.fol.40.col.1.

Deciſio XXXVII.

Collegium ſede vacua, an poſsit ſubſtituere valde dubitatur; nonnulli dicunt vices Pontificis gerentem eo tempore beneficia conferre non poſſe, licet legatus à latere autoritate legationis hoc poſsit,Io.Franc. Pauin.de off. poteſt. cap.ſede vac.q.10.2.parte princip.nu.39.tract.lib.2.

Deciſio XXXVIII.

Collegium coactum pro creatione futuri Pontificis, beneficia non confert,nec alia negotia adminiſtrat,illis exceptis,quæ ei expreſsè cōceſſa ſunt, tex.in.c.vbi maius,in.§.idem deniq;,de elect.& in clem.ne Romani,eod.tit.

nec

nec poteſt dare munus Camerarii, aut Pœnitentiarii (vt vocant) ſed debet alicui demandari, donec ſummus Pontifex eligatur, nec indulgentias concedere poteſt; quia mortuo Pótifice, omnis eſt ſopita autoritas, Card. in d. cle. ne Romani. Abb. in. c. cum olim, de maior. & obed. Io. de Sylua, de beneſ. q. 2. par. xi, nu. 31. Iacob. de concil. lib. 4. fol. 209. lit. a. col. 1.

Deciſio xxxix.

Collegium poteſt concilium indicere propter hæreſim, ſi contentio inter duo de ſummo ſacerdotio oriretur, quamuis propriè concilium cogere ad Pontificē pertineat, adnot. in. c. licet, de elect. & ibi Abb. in. 2. col. diſtinct. 17. c. de multis, Card. in conſil. 60. alias. 40.

Deciſio xl.

Collegium vacua ſede, Epiſcopum priuare non poteſt, gloſ. in. c. nullus. 79. diſt. Pauin. de off. poteſt. cap. ſede va. in. 6. prælůdio nu. 7. licet reſtituere posſit, & idoneos efficere Cardinales dignitate priuatos, amplè Capiti. deciſ. 114.

DE NOMINIBVS.

Deciſio xli.

Cardinales duplici ſimilitudine appellantur, primùm quia ſicuti eccleſia vniuerſa Pōtificem habet, qui Dei hoſtium eſt in ipſa, ita Cardinales ſunt cardines quib. hoſtium nititur, & vertitur Io. de Ana. in. c. ad liberandū ex. de iudi. Alex. xxii. diſt. c. ſacroſancta vbi dicit Cardinales ſic vocari, quia ſeipſos, & alios regunt. Barba. de præſtant. Cardinal. quæſt. 2. nu. 12. meritò igitur onera ſuſtinent omnes, vt ait Felin. in rub. de maior. & obed. Laud. lib. de Card. q. xl. deinde ſic appellantur, quoniam ſicut cardines hoſtio deſeruiunt, ita Cardinales Pontifici. gl. in extrauag. execrabilis in verb. Cardinalib. de præbend. Archi. eadem diſtin. vnde dicūtur etiam eſſe de iur. diuino not. in. c. per venerabilem. §. rationib. qui fil. ſint legit. Abb. in. c. ex geſtis, de cler. non reſid.

Deciſio xlii.

Cardinales filii ſunt primi gradus. c. ſi quis ex Epiſcopis. lxxix. diſt. not. Io. And. & Imo. in. c. felicis de pœn. Ludouic. Gomeſ. li. reg. cancel. 4. q. in procemio. nu. 3.

Deciſio xliii.

Cardinales appellantur patres ſpirituales. c. ſi quis ſuadēte de pœn. & ibidem Gomeſ. 4. quæſt. nu. 4.

Deciſio xliiii.

Cardinales fratres Pontificis appellantur. c. in Geneſi. &. c. eccleſia. de electio. in. 6. c. fundamenta. §. decet. eod. c. 1. de renunciatio. Io. And. in. c. ad liberan. de iudæ. &. c. 1. de ſciſm. in. 6. c. quā periculoſum de ſent. excom. Gomeſ. ibidem nu. 3. Barba. de præſt. Card. 1. q. nu. 32. Iacob. de concil. lib. 1. fo. 30. &. 31.

Deciſio

Deciſio XLV.

Cardinales ſunt Cardines orbis.Io.de Lig.in tract.de bell.pag.9.Laud.de Card.q.1. & 5. Belenc. de charit.ſubſi.q.66.nu.10.tractatuum lib.4.Hoſt.in c.2.de cler.non reſid.Lau.& Io. Fauen. in c. ſacroſancta.13.diſt.Ioan. And.in clem.ne Romani de elect.

Deciſio XLVI.

Cardinales conſiliarii Pontificis vocantur not.in c.fundamen.§.decet,de elect.& c.Parrochia.16.q.1.Barb.de præſt.Card.q.1.nu. 24. & nu.40.Ioan.de Sylu.de benef.1.par,q.4.nu.44.

Deciſio XLVII.

Cardinales ſunt adiutores Pontificis Io.de Lig.ibidem de bell.Soci conſ. 99.vol.4. Barb. de præſt.Cardi.q.2.tractat.lib.2. nu. 36. Petrus de Bdiſio. de elect.c.35.in 2.par.nu.8.lib.4.tractat.Iacoba.lib.1.tit.de Card. & Patriar. fol. 34.& 35.

Deciſio XLVIII.

Cardinales aſſeſſores nuncupantur Rom.in conſ.vlt.not.in l.conſiliarios C.de aſſeſ.lib.12.uocantur etiam ampliſsimi Io. And. in c.cum te de re.iud. Bart.in l.1.in.§.de qua re ff.de poſt.

Deciſio XLIX.

Cardinales principes appellantur not.in c.paſtoralis.12.q.1.& in c.relatio. 21.q.1.& ibi glo.in c.2.de off.Archi.Ro.conſ.vlt.dum dicit principatum obtinent in eccleſia Dei.Laud.de legat.princip.q.11.Iacobat.de concil.lib.1.art 12.col.1.& 2.lit.a.& b.

Deciſio L.

Cardinales ſunt illuſtres & ſuper illuſtres.Deci.in rub. de off. eius.legiſt. in l.1.ff.eod.l.Paui.lib.de off.& poteſtate cap.ſede vacante,q.x.2. par. Henric. Boic.in c.quanquam.2.q.7.nu.5.Gomeſ.lib.regul.cancel. in regula de valore in prima q.nu.11.

Deciſio LI.

Cardinales columnæ ſunt eccleſiæ Mantua.in lib. de concil.tracta. 2. nu. 64.Belenc.de charitate ſubſid.q.13.tract.4.

Deciſio LII.

Cardinales cum ſenatoribus & patritiis comparãtur. c. eccleſia habet ſenatum 16.q.1.c.Conſtantinus 96.diſt.Barb.ibi.q.1.num.34.Belenc.de charit. ſubſid.q.3.num.23.Iacob.de concil.lib.1.fol.38.in lit.c.

Deciſio LIII.

Cardinales maximi appellantur c.2.de off. leg. lib. 6. Abb. in reperto.in verb.Cardinales num.8.

Deciſio LIIII.

Cardinales appellantur lumina eccleſiæ Mar.Mant.in tract.de concil.nu. 64.vbi

64. vbi dicit quod Cardinales debent eſſe ardentes in fide tanquam lucernæ ardentes in manib. veſtris. Rom. conſ. vlt.

Deciſio LV.

Cardinales cum ſacerdotibus Leuiticis comparantur Barb. de præſt. Car. q. 1. num. 7. Laud. de Card. q. xi. Archi. & Ioan. And. in c. fundamenta. §. decet de elect. Abb. in c. ex geſtis de cler. non reſi. Abb. & Card. & Alex. in c. per venerabilem §. rationib. qui fil. ſint legit.

Deciſio LVI.

Cardinales regibus æquiparantur Iaſ. in l. cẽturio. ff. de vul. & pup. hinc ad eos ardua deferuntur Card. Iacob. in tract. de concil. in tit. quis cõg. concil. Alba. lib. de Card. q. 6. in fi. amplius autem ipſi Reges ſunt, & pro Regibus habendi, Paris de Put. lib. de ſyndi. §. & an ſi iudex nu. 2. Barb. de præſt. Card. prima par. nu. 24. & ratio eſt quoniam cum ſummo Pontifice orbem vniuerſum adminiſtrare debent Hoſtienſ. in c. dilectus de præben. in primo.

Deciſio LVII.

Cardinales ſunt caput vniuerſæ eccleſiæ Laud. lib. de Cardin. q. 31. Fab. de monte, de empt. par. 4. in princ. nu. 28. tractat. lib. 8. Laud. lib. de princ. q. 488 Franc. in c. ſuper eo num. 7. de hæreti.

Deciſio LVIII.

Cardinales Apoſtolorum vicem gerunt. Ludo. Bolog. de poteſt. Pap. nu. 9. de indulgent. nu. 33. tract. lib. 3. Io. de Sylu. de beneſ. in 4. q. princip. num. 33. Belenc. de charita. ſubſid. q. 3. nu. 2. tractatuum 4. vbi copioſe Iacob. de concil. lib. 1. fol. 32. col. 2.

Deciſio LIX.

Cardinales ſunt pars corporis Pontificis Bol. ibid. de poteſta. Pap. nu. 10. & nu. 33. Gõdiſ. de Card. legat. nu. 11. Gygãs de penſion. q. 70. nu. 12. & 13. Barb. de præſt. Card. par. prima num. 35. quinimo etiam pars capitis dicuntur Pontificis, Io. de Lign. lib. de conſ. eccleſ. §. 4. num. 9. vbi egregie Iacob. de concil. fol. 3. col. 1.

Deciſio LX.

Cardinales ſplendidiſsimi dicuntur Ioã. a Montag. lib. de aut. mag. conc. nu. 4. tractat. lib. 2.

Deciſio LXI.

Cardinales ſic ſe ad Pontificem habent, vt ſenatus ad Imperatorem Barba. lib. de præſt. Card. par. prima num. 24.

Deciſio LXII.

Cardinales ſunt ſimiles præfecto prætorio Barb. ibidem. q. x. Corſet. lib. de poteſta. re. in princ. Gomeſ. de reg. cancel. in regu. de valore. q. 1. num. 11. atq; etiam patritios præcedunt Iacob. de concil. lib. 1. fol. 50. col. 2. in fin. lit. d.

Deciſio

Deciſio LXIII.

Cardinales ſcripti ſunt in diademate principis Gomeſ. libro de reg. cancel.quæſt.4.num.3.Franc. in cap. primo num. 2. de ſciſma. Iacobat. de concil.lib.1.art.12.col.2.l.B

Deciſio LXIIII.

Cardinales vocantur Reuerēdiſsimi Gondiſ. de poteſtate eccleſiæ num. 4.tract.lib.2.& patres cōſcripti etiā nūcupātur probat tex.in c.à ſubdiacono 93.diſt.c.Cōſtātin.96. diſt. Iacob. de concil. libro primo art.12.col.2.fol.30.

Deciſio LXV.

Cardinales vocantur ſtellæ eccleſiæ. c. ſuper ſpecula de magiſt. Alban. lib.de Card.q.8.vbi pulchrè.

Deciſio LXVI.

Cardinales potentiſsimi appellantur, quoniam cum Pontifice omnes nationes iudicant, Ioan. And.in cap.cum olim de re iudic. hinc fit, vt appellatione Cardinalium etiam ſummus Pontifex comprehendatur, Archid. in c.ſacroſancta.xxii. diſtin. Ioan. Stafileus de gra. & expect. in §.dicendum eſt modo num.62.tract.lib.4.

Deciſio LXVII.

Appellatione Curiæ Romanæ veniunt Cardinales, Caſtr.& Iaſ.in l.ſugeſtioni.C.de verb.ſig.nu.20.Alberi. in Rub. C.ſi à non cōp.iud. ſuntq; etiam tanquàm ſigna ad ſagitam, in quem omnes oculi coniiciunt, Belinc. de charit.ſubſid.q.lxvi.num.15.

Deciſio LXVIII.

Cardinales appellantur filii ſpirituales Romanæ eccleſiæ, notatur in. c. Felicis in.§.ſi quis vero de pœnit.in.6. Abbas in reperto. in verbo Cardinalis numero.37.Iacobat.libro primo fol.30. de cōcilio, vbi inquit Cardinales filios eſſe primi gradus.

Deciſio LXIX.

Cardinales vocantur lucernæ ardētes, & cādelabra lucis decoris præſtantiæ, atq; ſplendoris, Marc.Mantu.lib.de concil.nu.66.& Lucæ .12. CHRISTVS inquit, ſint lucernæ ardētes in manib. veſtris; Matth.v.Vos eſtis lux mūdi.c. quoniā vetus.24.q.1.c.qui ſanctis.de pœn.& remiſ.& Zaccharias. c.4.inquit aſſiſtunt tanquā filii dominaturi vniuerſæ terræ, ſuſtinentes nō vrbis, ſed orbis vniuerſi pōdus, vt.1.Reg.c.4.Domini.n.ſunt Card.terræ,& poſuit ſuper eos orbē, ſummorū ſacerdotū, atq; Leuitici generis vice fungētes, Deuter. 12.vniuſcuiuſq; iudicio veritatē & integritatē vitæ elucentes, de his etiam ſcriptum eſt ſanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſum ſanctus dominus DEVS veſter.Parali.15.ſanctificate, ergo ſūt Sacerdotes, & Leuitæ, vt portēt Archā dom. Dei Iſrael, & merito ex toto orbe terrarū pauci, ex multis ſing. atq; præſtātes aſſumi debēt, & ſīgulis propriis partib.attrib.ad orb.vniuerſi

 admi-

xii.exploratorum iuſtorum ad explorandum terrã promiſsionis Num.cap. 13.xii.bouum ſuſtinentiũ mare Eneum Salamonis 3.Reg. cap.7.xii.præfecto rum à Salamone in populum 3.Reg.cap.4.xii.lapidum, quos tulit Helias ex Iſrael, vt ædificaret altare Domino 3.Reg.cap.18.Sunt etiam xii.ſtellæ, quas vidit Ioannes in capite ſponſæ.i.eccleſiæ Apoc.12.Et xii.portæ ciuitatis.ſ.Hieruſalem, quas vidit Ioannes Apoc.21.xii. fundamenta, in quibus inquit Ioan. vidiſſe nomina xii.Apoſtolorum Apoc.21. xii. horæ diẽ comitantes, de quibus Chriſtus Ieſus nonne.xii.ſunt horæ diei.Io.11.atque etiam.xii.ſunt panes pro propoſitionis, vt habetur in Leui.cap.24.& Exod.25.

DE ORIGINE.

Deciſio LXXVII.

CArdinalatus origo per ſimilitudinem eſt iuris diuini, tàm veteri, quàm nouo teſtamento: veteri, quia locum ſacerdotum Leuiticorum tenent, de quibus Deuter.cap.xvii.ſi difficile & ambiguũ &c.& in cap. per venerabilem in.§.rationibus ext. qui filii ſint legit. in nouo quod vices Apoſtolorum Chriſti primi & ſecundi ſtatus tenent, tradũt Canon. in d.§.rationibus, in c.decet in §.fundamenta de elect. in vi. Hoſt. in c. ex geſtis de cleric.non reſid.Alber.in dictio.in verbo ſacerdos, Decius in c.in præſentiam ex.de appel.Rom.in conſ.vltimo Gond.de poteſt.eccleſiæ nu.1.Petrus de mont.lib. de Monar.cõcil.part.prima nu.1.Io.de Sylua de beneſ.par.prima.q.4.nu.43. tract.lib.4.Laud.de Cardin.q.vii.lib.2.& q.xi.& xxxiiii. lib.1.Franc.in c.ſuper eo nu.3 .de hæret.Barba.de præſt.Card. q.1.nu.15.Ioan.de Turre cremo.lib. de poteſt.eccleſiaſt.cap.80.83.Barb.conſ.1.vol.1.Petrus de Baiſio de elect.c. 35.ſecũdæ par.nu.5.tractatuum lib.4.Iaſ.in conſ.145.vol.1.Lud.Bolog.de indulg.par.prima nu.31.Belenc.de charit. ſubſid.q.66. Ioan. de Tur. crem. in c.quanquam 2.q.7.nu.4.inquiens, quod à Chriſto Cardinalium ſtatus origine principaliter eſt inſtitutus. Beat.Bernard.libr.4. de conſid. & nouiſsimè Hieronymus Albanus vir acutiſsimi ingenii lib.de Card.q.5.

Deciſio LXXVIII.

Nomen Cardinalatus iuris poſitiui eſt, quia cœpit, vel à Pontiano xvii. Pontifice, quem dicunt in vrbe propter baptiſma, & ſepulturas.xv. Cardinales inſtituiſſe, Archid.in c.vbi periculum de elect.in vi. & Card. in clem. ne Romani in.§.porro de elect.in vi.vel à Marcello ſecũdum Io. de Tur.crem. de poteſt. eccleſiæ c.83.vel à Papa Sylueſtro, vt tenet Oldrad.conſ.63.Rom. d.conſ.vlti.Laud.eo loci quæſt.27.& in 2.q.23.Capi.deciſ.114.& 120.in Apoſt. in fine.nomen eis à Cardine fuit impoſitum, quoniam ipſi ſunt mundi Cardines, ſuper quibus tota mundi gubernatio vertitur, & ad ipſos ſpectat vniuerſi orbis pondus ſuſtinere, vt dicit copioſè Barba. de præſt.Card.in 2.q.1. nu.12.& Petrus de Baiſ.in tract.direct.elect.c.35.nu.8. Henric. Boich.in c.ſacroſancta diſt.22.nu.9.pro quo facit quod cap.2.Regum ſcriptum eſt, Domi

ni inquit ſunt cardines,& poſuit ſuper eos orbem, quòd Hoſt. figurauit ad Cardinales in cap.2.de Cler.non reſid.

DE TRIPLICI ORDINE.

Deciſio LXXIX.

CArdinalis Epiſcopus Hoſtienſis excellit inter omnes Epiſcopos Cardinales,& in Cõſiſtorio poſt Papam tenet primum locum,præeſtquè Patriarcis Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolomitano, & aliis omnibus, vt habetur in cap. renouantes. xxii. diſtinctio. & ibi Card. Alexand.notant Canon.in.c.antiqua de priuileg. Domi.in. c.claros in vi.argu.& ibi etiam Card.Alex.col.iiii.xxi.diſt.Gond.de poteſta.eccl.nu.25. Reſt.de Imp.q.xxv.nu.1.tract.lib.5.Nicol.Boer.de ord.gra.vtriuſq; fori.col. 5.num.13.&.14.

Deciſio LXXX.

In Conſiſtorio primo ſedent Cardinales Epiſcopi, ſecundo Cardinales Præsbyteri, tertio Cardinales Diaconi, lxxix.diſt.c.oportebat.& cap.ſi quis ex Epiſcopis,& ibi gloſ.& eſt tex.12.q.2.cap. cum redemptor. c. præcipimus cap.legimus,& cap.ſtatuimus.de maior.& obed.Felin. in Rub. de maior. & obed. & Abbas in.c. licet. de elect. vbi dicit q aliis Cardinal. Præsbyteris & Diaconis Cardinales Epiſcopi maiorem habent prærogatiuam, not.in.c.in nomine Domini.23.diſt.

Deciſio LXXXI.

Tam excellens eſt Amplitudo DD. Cardinalium Epiſcoporum, quòd eorum Vicarii dicuntur vice Domini Hoſt.in.c. examinata ex. de iud.laud. lib.de Cardinal.2.quæſt.25.

Deciſio LXXXII.

Papa Cardinalem Epiſcopum appellat fratrem,Cardinalem Præsbyterũ, & Diaconum vocat filium c.dilecto filio de ſup. negli.prælat.not. in.c. cum venerabilem de conſuet.& in cap.ad liberandũ de iud.vbi Hoſt.& hoc quando eos nominatim vocat, in genere autẽ oẽs ſacri collegii appellat fratres. c.in Geneſi.c.Eccleſia de elect.

Deciſio LXXXIII.

Cardinalis Palio íduit Archiepiſcopos Hoſt.& Abbas.in c.ſignificaſti de elect.qui ait ſe bis expertũ in receptione palii, quòd vnus ex Diaconis Cardinal.induit Archiepiſcopum vt habetur in.c. ad honorẽ de vſu,& vſu palii.

Deciſio LXXXIIII.

Cardinalis Epiſcopus poſtulandus eſt ad inferiorem dignitatem, præſbiter autem Cardinalis eligendus eſt, Abbas Butrius Ioan. And. & ſequaces in cap.eccleſia veſtra in.2.de elect. vbi dicunt quòd aut eſt Epiſcopus Cardinalis,& debet poſtulari,aut eſt Cardinalis præsbiter vel Diaconus, & debet eligi.Gond. de poteſt. eccleſ. num.17. Barb.de Cardin. quæſt.12.num.4.

Bertac,

Bertac.in tract.de Epiſcop.§.ſupra num.73.Pet.de Baiſio lib. de electio. cap. 35.2.par.num.1.

Deciſio LXXXV.

Cardinales Epiſcopi, vt Epiſcopi, non vt Cardinales Papę ſe fideles eſſe iuramento aſtringunt, Marcus Mantua in tractat. de concil. num.64.quia alias propter vnionem Cardinales iuramentum fidei Papę non præſtant, vt per Hoſtien.& alios in.cap.antiqua de priuileg. Barba. abunde lib.de præſt. Cardin.quæſt.1.num.26.

Deciſio LXXXVI.

Cardinalis etiã non Epiſcopus ex priuilegio inſignia Epiſcopalia geſtare poteſt, Hoſt.& Io.And.in cap.1.de ſup.negli.prælat.not.in cap.clerici de vit. & honeſt.Clericorum, Gondiſ.de poteſt.eccleſiæ num.66.& minores ordines etiam confert Paui.lib.de Viſitat.queſt.2.prima par.nu.21.

Deciſio LXXXVII.

Cardinalis non Epiſcopus ordines ſacros conferre poteſt, Hoſt. & Ioan. And.in ca.1.de ſup.negl.prælat.Laud.lib.de Card.quæſt.20.libro.2. Bertach. lib.de Epiſcop.in.§.tertio nu.11.Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio LXXXVIII.

Cardinalis non Epiſcopus ſolemnem benedictionem largiri poteſt, quia Præsbyter Cardinalis, vel Diaconus etiam ſi nullum Sacerdotii ordinem receperit, tamen ſolemniter benedicit, vt not. Canoniſt.in.c. licet de elect. & in.23.diſt.in cap.in nomine Domini, Pauin.loco quo ſupra num.21. Card.Iacobat.vir eminẽtis ſciẽtiæ, ac ſummus iure conſultus de cõcil.lib.1.fol.38.LB

Deciſio LXXXIX.

Epiſcopus Cardinalis maior eſt Cardinali non Epiſcopo in ordinatione, quia ſupra Epiſcopi dignitatem nullus eſt ordo, Ideo Papa appellat ſe Epiſcopum Gond.de poteſt.eccleſiæ Rom.nu.56.

Deciſio XC.

Cardinalis non Epiſcopus eccleſiæ proprie ſponſus non eſt. Petrus de Baiſio tractatuum libro.4.directorium electionum ca.35. ſecũdæ par.nu.4.

Deciſio XCI.

Epiſcopus, vel Archiepiſcopus poteſt fieri Præsbyter Cardinalis, Card. in Clem.2.in.§.ille de ſtat.& qualit.in.11.quæſt.vbi concludit quod promoti ad maiores dignitates Eccleſiaſticas non deſinunt habere inferiores, Gemi. in.c.cum aliquibus in.3.col.de reſcrip.Apoſt.ad Cap.decis.120.in fine &.114.

Deciſio XCII.

Cardinalis in ſua eccleſia obtinet ius Epiſcopi, niſi in collatione præbendarum Philip.Franc.in cap.1.num.1.ex.de maior.& obed. & ibi not. Canon. & in.cap.dilect.de ca.mona.& plus iuris habet in eccleſias ſibi ſubiectis, ꝙ in aliis Lud.Gomes.lib.Regul.cancel.in Regul.de trien.in.q.31.nu.17.Petrus de

Baiſi.

Baiſi.de electio.cap.37.ſecundæ par.num.6.

Deciſio XCIII.

Cardinalis non Epiſcopus in eccleſia ſua poteſt omne ius exercere, Henricus Boich, in cap.nomen.2.quæſt.1.nu.8.Io.Mon.in cap.vnico, de maior.& obedi.in.6.Hieron.Alb.lib.de Card.quæſt.46.Abbas in c.querellā de elect. & in cap.fin.de poſt.prælat.

Deciſio XCIIII.

Cardinalis an debeat eligi, vel poſtulari,& an poſsit retinere dignitatem Epiſcopatus cum Cardinalatu, Abbas plenè in ca.bone de poſt.prælat.& in cap.fin.eo.tit.amplè, Barb.lib.de præſt.Card.quæſt.12.princip.

Deciſio XCV.

Cardinales Epiſcopus,& Præsbyter Cardinalis, quis eſſe non poteſt, non enim ſe inuicē patiuntur, ſicut plures Epiſcopatus Card. Alex. in c.1.23.diſt.

Deciſio XCVI.

Cardinalis poteſt eſſe in minori ordine.24.quæſt.cap.præſul,& nullus poteſt eſſe Cardinalis niſi ſit Diaconus gloſ.in Clem.2. de ætat.& qualit. & ibi canoniſt.Hoſt.in.c.1.de off.Archi.nec eſt neceſſe quod ſit Epiſcopus, vel Sacerdos, quia prius fuerunt Cardinales, quàm Sacerdotes & Epiſcopi,& Monachus etiam vel Canonicus regularis poteſt fieri Cardinalis Bal.in aut. licentiam.C.de Epiſcopis & cleric.

Deciſio XCVII.

Præsbyter Cardinalis maior eſt Diacono, quia Cardinalis Præsbyter eſt in ſecundo ordine, Diaconus vero Cardinalis in tertio, Henrich.Boich.in cap.oportebat, diſtin.79.nu.5.Gond.de poteſt.eccleſiæ nu.3.tract.lib. ſecundo, & an præſumatur Epiſcopus ratione officii ponit Iacobat.de concil. lib.1.fol.27.in.2.col.

Deciſio XCVIII.

Cardinalis Hoſtienſis ex antiqua conſuetudine de mandato Papæ, Imperatorem inungit, Hoſt.& Io. And. in cap. venerabilem de elect. & Corona Papam exornat, Hoſt.Ant.de Butrio in cap.antiqua de priuileg.

Deciſio XCIX.

Quidam dicunt, ꝙ de conſuetudine Romanæ eccleſiæ Cardinales Diaconi præferuntur Præsbyteris Cardinalibus,& adducunt bonam glo.in.c.legimus.xciii.diſt. in verbo nec alteri, quæ hoc dicit ad literam, ſed aliud eſt de iure. c.cum redemptio. 12.q.2.c. oportebat &.c. ſiquis ex Epiſcopis. 79. diſt.& de prædicta gloſ.meminit præpo.in.§. Epiſcop.17.diſtin.ſed Hoſtien. in.c.1.de maior.& obed.tenet ꝙ non valet conſuetudo, vt minor maiorem præcedat,& ideo dicit Præpoſ.vbi ſupra, ꝙ conſuetudo, de qua fit mentio per gloſam non valet.

Deciſio

Deciſio C.

Duo Cardinales Diaconi ad recipiendum, & introducendum nouum Cardinalem, vel legatum ſemper proficiſcuntur amplè. Lod. Gomeſ. lib. regul. Canc. in compend. vtriuſq; ſign. num. 19.

Deciſio CI.

Præsbyterorum Cardinalium, & Diaconorum certus debet eſſe numerus, quoniam eccleſiæ vrbis diſtinguuntur per titulos & Diaconias, Præsbyteri Cardinales ſcribuntur cum titulo. Diaconi, & ſine titulo, vt per Capit. abundè deciſ. 114. in Apoſt. in fine, & deciſ. 120. num. 7. tituli autem in eccleſia Lateranēſi Epiſcoporum Cardinalium ſeptē ſunt. In eccleſia Diui Petri. D. Pauli, D. Mariæ Maioris. D. Laurentii Præsbyterorū Cardinalium. xxviii, & Diaconorum autem xvi in eccleſias vrbis Romæ qui ſeruire, & miniſtrare habent, & debent ſummo Pontifici, de quibus latè explicatur per Henr. Bot. lib. de ſind. Epiſcop. ibi de numero titulorum Cardinalium incip. & per Capit. deciſ. 120. & diximus ſupra. I. cap. de ord. Hierarchico.

DE DIGNITATE.

Deciſio CII.

Cardinalium S. Romanæ eccleſiæ poſt Papam, nulla eſt maior dignitas, eorumq; ſummus gradus eſt, Barb. de præſt. Card. q. prima nu. 42. Lod. Bologn. de Indulgen. nu. 33. & hoc decem rationibus: Prima, quia Cardinales vnà cum Papa iudicant orbem, & à nemine iudicantur præterquā à Papa Hoſtien. Io. And. & Imo. in. c. dilectus in primo de præbend. Henric. Boic. in c. in ſumma. 15. quæſt. 7. num. 3. Cardinalis Iacobat. de concil. libro primo fol. 39. Card. in clem. ne Romani de elect. Secunda, quia eorum conſilio totus mundus regitur. Io. de Lig. in tract. de bello in 9. pag. Canon. in cap. bone de poſt. prælat. Tertia, quia ſunt Cardines, ſuper quibus vniuerſi orbis machina voluitur, gloſ. in cap. 2. de off. Archid. Io. de Anan. in c. ad liberandum extr. de iud. Quarta, quia in eccleſia DEI tenēt principatum, Rom. abunde in conſi. vltimo, Felin. in Rub. de maior. & obed. Quinta, quia à Papa cuius membra ſunt, qui omnium dignitatum culmen eſt, & fons. c. duo. xcvi. diſt. c. ſolite de maiorit. & obed. tāquàm à ſuo capite, vel corpore, maiori hac dignitate poſt eum illuſtrantur. Sexta, quia illorum Senatus diuinus eſt. Septima, quia locum Apoſtolorum primi & ſecūdi ſtatus tenēt. Octaua, quia ipſi eligunt, & in Pontifices eliguntur. c. licet, & Clem. ne Romani de elect. Papā autem eſſe ſuper omnes poteſtates nemini eſt dubium, quia hic maior eſt Imperatore c. duo cum ſeq. xcvi. diſt. Nona quoniā ex maiori decore ornamentorum, maioritas apparet dignitatis c. vt apoſtolice de priuileg. in. 6. & ibi gloſ. Sed Cardinales vtūtur veſtibus rubeis pileis & aliis ſupelleticis candidis, etiam aureatis ornamentis, vt diximus ſupra cap. 5. Decima & vltima, quia Cardinales maioribus rebus, & negociis præſunt, merito digniores nuncu-

nuncupantur c.per ſingulas in. 2.ix.q.3. & quoniam etiam Cardinalis appel. Papa venit Stafil.de grat.& expect. in.6,dicendũ num.63.& Papa ſe inter Cardinales connumerat.Iacobat.de concil.lib.1.fol.41.lit.A

Deciſio CIII.

Cardinalatus ſumma eſt dignitas cum officio,Henric.Boich.in cap.quanquã 2.q.7.Bal.in cap.1 bone de poſt.prælat.Barbat. abundẽ de præſt.Card.q. prima num.2.Felin.in rub.de officio deleg.Barb.in conſ.primo vol.1.Socin. in conſ.99.in tertio volu.Iacobat.de concil.lib.1.fol.48.l.B.col.2.

Deciſio CIIII.

Cardinalis maior eſt Epiſcopo dignitate, & adminiſtratione, dignitate, quoniam Cardinalis origo fuit in veteri teſtamẽto figurata per Sacerdotes Leuiticos, vt ſupra diximus,In nouo per Apoſtolos,quorum Cardinales locũ verè tenent primi & ſecũdi ſtatus, CHRISTO, & Petro ante diſperſionẽ aſſiſtentium,Epiſcopi verò tertii ſtatus Apoſtolos repreſentãt,qui miſſi fuere à Petro ad gentes,& regna, vt traditur in. c.in nouo 21.diſt. neq; etiam ob Sacerdotium,atq; Paſtoralem ſtatum maior dicendus Epiſcopus Cardinali, quia Cardinalatus antecellit ſacerdotium, quoniam id in cena à Domino fuit inſtitutum, & ante fuit Cardinalatus, cuius ſtatus fuit inſtitutus in electione XII diſcipulorũ, quos CHRISTVS Dominus, Apoſtolos nominauit, vt Luce 6.Atq; ſtatus etiam paſtoralis fuit poſt reſurrectionẽ, quum dixit, Paſce oues meas,ideo prius fuere Apoſtoli Cardinales,quàm Sacerdotes,& Petrus poſt diſperſionem habuit coadiutores Linum,& Cletum lateri ſuo aſſiſtentes,vt oſtenderet,quod ſicut ante aſſiſterũt Apoſtoli CHRISTO Domino, ſic & Petro ante, & poſt diſperſionẽ,ergo ante erant Cardinales, priuſquàm Epiſcopi,& poſt Petrum Linus ſucceſſor XVII Præsbyteros coadiutores ſibi elegit,& Epiſcopos XII. Et ſi aliquis ingenioſe diceret, quod Cardinales repreſentantur per Apoſtolos etiam tertii ſtatus,in cuius locum ſucceſſerunt Epiſcopi d.c.in nouo,vt dicit ſatis doctè Io. Vigue.3.lib.inſtitu.ad Chriſtianam Theologiam cap.de ſtatibus Eccleſiaſt.in verbo Cardinalis fol.224.in 2.col. in fine;Attamẽ nõ ſequitur Epiſcopos Cardinalibus dignitate eſſe maiores, quoniam Cardinales in Apoſtolos etiam primi & ſecũdi eorum ſtatu, vt ſupra diximus. 1. capite repreſentantur, igitur ſemper ante Epiſcopos fuere, qui dumtaxat repreſentantur in Apoſtolis tertii ſtatus, videlicet poſt diſperſionem, vt pulcherrimè ſcribit Io.Viguerius loco ſupra citato ; Atq; in iure noſtro veriſsimum eſſe Cardinales maiores eſſe Epiſcopis, tradunt Abbas & Card.in.c.eccleſia ex.de elect.Gemi.ſn.c.1.de off.deleg.in.vi. Decius in.c. cũ venerabilis de excep.& in.c.ad præſentiã in fine de app.Rom.in cõſ.vltimo Ruy.in cõ.clv.in.4.vol.nu.2.Alex.in Rub.de iuriſdi.omn.iud.Mar.Mãt. de concilio num.61.Io.de Sylua de benefi.q.4.primæ par. num. 45. Petrus de Baiſio de elect.cap.35.ſecundæ par.nu.5.Gond.de poteſt. eccleſiæ nu.55.

Barba.de præſt.Cardinal.prima quæſt.per totam,Staſil.de grat. & expectat. in.§.videndum num.29.& nouiſsime Ceſal.Ferrarien.in concilio primo volumine primo.

DE OFFICIO.

Deciſio CV.

CArdinalatus officium à CHRISTO fuit inſtitutum, probatur Luce.6. vbi CHRISTVS Dominus elegit. XII. ſcilicet ad ſuſtinendum onus cum ipſo,quos Apoſtolos nominauit, & conſequenter cum Petro, & Petri ſucceſſoribus onus ſuſtinuere Apoſtoli, modo Cardinales hodie ſuſtinent,vndę ait illis Dominus,vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus,Thomas 10.11 dicebat eamus nos,& moriamur cum illo,Ample Ioan. Viguerius libr.de Inſtitut.ad Chriſtianam Theologiam c. de ſtatibus eccleſiaſt.in verbo Cardinalis num.224.

Deciſio CVI.

Cardinales in Eccleſiis ipſis ſubiectis, ne dum habent iura Epiſcopalia, vt ſupra diximus:verum etiam in eis vtuntur iurisdictione. Bellinc.de carit. ſubſid.quæſt.3.num.1.& num.7.tract. lib.4. atque etiam in eorum titulis ius ſpirituale,& temporale exercent,Eneas de falc. de reſeruat. benef.quæſt. ii. princip. num.10.tracta. lib.4. Abbas in c.hi qui de maior. & obed. Rom. in conſ.498.Alb.de Card.q.XLVI.

Deciſio CVII.

Cardinales, nunquid de bonis eccleſiæ donare poſsint Barb. de præſt. Cardinal.quæſt.3.num.16.tenet,ꝙ non,Iaſ.C.qui.feud.dare poſſ. num.3.Alb. de Cardinal.q.48.

Deciſio CVIII.

Cardinales amplum Patrimonium habentes, redditus Cardinalatus, an poſsint pro libito conuertere in proprios vſus,Barb. de præſt. Cardin. q.vi. ex pluribus tenet ꝙ ſic idem.Alb.de Card.quæſt.45.in.4.col. vbi abunde & an officium Pontificale excerceant,ibidem quæſt.vi.nu.6.dicit, ꝙ ſic ratione adminiſtrationis.

Deciſio CIX.

Cardinalis an in Archiepiſcopum promoueri poſsit Barb. prima quæſt. num.41.inquit quòd non ratione,quia non licet deſcendere, ſed aſcendere cap.1.de cler.non reſid.

Deciſio CX.

Cardinales hodie primaria officia non exercent, Cardinal. Florent. in Clem.ne Romani in.§.porrò de elect.Alb.de Roſat.in Rub.C.de ſum.Trin. & fid.cath.Barb.quæſt.1.nu.6.

Deciſio CXI.

Cardinalis delegatus, nunquid ſub delegare poſsit, Gond. de poteſt.eccleſiæ num.65.Laud.eo loci quæſt.43.dicunt quòd ſic, licet Bald.in.l.fin.ff. de off.eius teneat quòd non.

Deciſio CXII.

Cardinalatus per Papæ conſtitutionem non poteſt extingui, Barb.abundè eo loci quæſtione prima numero.35. quia de iure diuino eius eſt origo ut ſupra diximus.

Deciſio CXIII.

Cardinales habent ius collegii, ſiue capituli, Ioan.de Anan. in. c.ad liberandum ex.de Iud.

Deciſio CXIIII.

Cardinales non poſſunt præſcribere ſupremam Papæ poteſtatem, Bal.in cap.bonæ de poſtul.prælat.& ibi Canon. omnes.

Deciſio CXV.

Cardinales à curia non debent abeſſe, niſi cauſa legationis gloſ. XCVIII. diſtinctione.

Deciſio CXVI.

Cardinalibus debetur pars redditus Cameræ Apoſtolicæ Gom.in c.vbi periculum in.§.prouiſionis extr.de elect.in.6. Barb.eo loci.q.6.num.7.conſuetudo tamen obſeruat contrarium.

Deciſio CXVII.

Cardinalatus eſt maximum officium, Bald.in cap. primo de poſt.prælat. Felin.in Rub.de off.deleg.Iacoba.de concil.lib.primo fol.27. col.prima I.B. And.Siculus in conſi.primo vol. pri. vbi abundè, & habet annexam ſummã adminiſtrationem, quoniam eorum conſilio regitur mundus, Soci.in conſi. 99.vol.3.not.in d.c.bonæ.

Deciſio CXVIII.

Cardinalis poteſt ſibi eligere idoneum Capelanum, cui confiteatur peccata ſua, Hoſtien.in ſum. de pœnit.& remiſs.in.§.cui confitendum, Alb. de Cardinal.quæſt.XLVII.

Deciſio CXIX.

In conſiſtorio propoſita, quæ contra honorem, vel eccleſiæ bonum videantur, Cardinales ſine peccato tacere nõ poſſunt, amplè Hieron. Alban. lib.de Cardinal.quæſt.X.quinimo ſi recta conſilia Papæ non dederint, tenentur in eo, ꝙ ab eorum conſilio proficiſcitur, Innoc.in.c. ſicut dignum ext. de homicid.vbi Abbas etiam dicit hoc eſſe contra conſiliarios principum, qui malè conſulunt, Felin.in cap.primo ex.de off. deleg.l. quoniam iudices, & ibi Bal.C.de app.Gond.de poteſt.eccleſiæ num.15.

Deciſio CXX.

Cardinales eccleſiæ archana tacere debent, Beat. Anto.in tertia par. ſuæ ſummæ, titu. xxi. cap. 2.§.2. inquiens hac de cauſa eccleſiam Germanos ad Cardinalatum aſſumere non conſueuiſſe, ne archana eccleſiæ Imperatori manifeſtent, Mar.Laud. in tract. de conf. princip. quæſt. prima. Alb. lib. de Cardinal.quæſt.x.in fine,Lod.Gomeſ.lib.Reg. Cancel. Reg.de Idiom.nu.6. Iacobat.de concil.lib.1.fol.40.

Deciſio CXXI.

Cardinales ad Conſiſtorium accedere non tenentur, cum vocati certiores redditi ſunt, in Collegio cauſam iniuſtam pertractari, Innocent. Abbas, & Felin.in. c. ꝗ ſuper his, de maior. & obed. Alb.eo loci quæſt.x.col.5.qui etiam dicit eos accedere poſſe,& debere palàm ea, quæ iniuſtè proponuntur impugnare, Gondiſ.de poſt.eccle.num.16.

Deciſio CXXII.

Cardinales abſentes à beneficiis poſſunt de iure fructus eorum accipere c.cum dilectus de Cler.non reſid. Old.in con.46.quoniã leges pro reſidentibus habent, qui in ſeruitio eccleſiæ exiſtunt.c. ex parte de Cler. non reſid. maxime Cardinales, valde Põtificis familiares,& qui ſemper opem eccleſiæ afferunt, aſſumentes ponderis partẽ diei & eſtus.c.fundamenta de elect. & cum etiam ob reſidentiam in curia Romana excuſentur à ſuorum beneficiorum reſidentia Gomeſ. in Reg. de Valore,q.1.num.11.

Deciſio CXXIII.

Cardinales gerunt officium generalis eccleſiæ. c. bone de poſt. prælat. gloſ.in cap.miniſtrum de off.Archid.& alii ibidem notant Canoniſt.

Deciſio CXXIIII.

An alius nõ Cardinalis miſſus à D.N.PP.ad Prouinciã appelletur de latere Legatus.Reſpondeo ꝗ non, ſecundum cõſuetudinem curiæ Romanæ, quia inquit Spec.in tit.de leg.in.§.ſequitur videre,circa principium, quòd Romanæ eccleſiæ vſus ſolos dominos Cardinales Legatos de latere vocat.c.volẽtes de off.legat.c.ad audientiam de ſent.& excommu.

Deciſio CXXV.

Cardinales non poſſunt infeudare caſtra, vel ciuitates eccleſiæ ſecundum Bald.in cap.primo,qui feud.dare poſſ.Bart.in l.prohibere in.§.planè. ff. quod ui,aut clam.

Deciſio CXXVI.

Cardinales ex conſuetudine curiæ Romanæ nõ poſſunt teſtari ſine licentia D.N.Papæ, Hoſt.in ſum.in tit.de pœnit.in.§.cui cõfitendum verſ.cui Cardinales Bal.in aut.licet.C. de Epiſcop.& Cleri.Iacobat. de concil.lib.1.fol.33. in lit.c.conſuetudine autem huiuſcemodi præſcripta,ſine licẽtia ius teſtãdi habent.c.cũ in officiis,& c.relatũ de teſtam.Alb.de Card.q.48.vbi late.

Deciſio CXXVII.

Cardinalis donatio nepoti facta de prædio magno nõ valet, quia præſumitur de bonis eccleſiæ ademptũ gloſ. in. c. manifeſte xii. quæſt. prima, Innocen. in. c. ſane de pecul. Clericorum & in cap. cum in officiis, de teſta. Alb. in aut. licentia. C. de Epiſcop. & Cleric. tamen empta à Cardinalis nepote ex pecunia ei mutuata nepotis ſunt propria ſecundum Bal. in cap. eccleſia vt lite pend. quòd ſane intelligendum eſt, niſi probetur fraus de perſona in perſonam ſecundum Bal. in. l. mancipia. C. ſi quis alteri vel ſibi Alb. de Cardinal. quæſtio. 49.

Deciſio CXXVIII.

Filiusfamilias Epiſcopus Cardinalis poteſt teſtari de omnibus bonis ante Cardinalatum acquiſitis, & poſt etiam, ex cauſa ſucceſsionis ei delatis late Andreas Siculus libro de præſt. Cardinal. in tertia quæſtione princip. per totam, vbi etiam an teſtamentum Cardinalis poſsit quærelari, & quando Cardinalis in emptione teneatur ad nomen eccleſiæ ſcripturam facere. Et quid de Cardinali Diacono, An poſsit teſtari ibidem ſub numero 20. tenet quòd ſic diſtinguendo nonnullos caſus, & ſub nu. 53. quãdo etiam Cardinales per teſtamentum minus ſolemne ſuccedere poſsint.

Deciſio CXXIX.

Cardinalis, vtrum poſsit nepotibus bona in Cardinalatu adepta donare, ſiue ante, ſiue poſt, abunde tradidit Barb. eo loci quæſt. 3. num. 43. vbi arguit ad partes, & diſtinguit, vt per eum, & quid de Cardinali diuite tempore promotionis in dubio, vnde bona habuiſſe videatur ſub num. 22. eo loci decidit intuitu Cardinalatus quæſita præſumi.

Deciſio CXXX.

Cardinalis ſponte promotus ad Cardinalatum non ſuccedit in feudo, fallit, quando feudum ſtatui Cardinalatus non repugnet, & quomodo & quando repugnet, ponit Barb. eo loci de præſt. Cardinal. q. 5. per totã, & eodẽ loco quando Cardinalis Epiſcopus poſsit de feudo inueſtiri ſub num. 12. 13.

Deciſio CXXXI.

Cardinalis de rebus intuitu perſonæ acquiſitis teſtari poteſt, ſecus intuitu eccleſiæ, Gondiſ. de poteſt. eccleſ. num. 49. & num. 51. vbi dicit Cardinalem à Papa habentem licentiam teſtãdi ſine cauſa de rebus intuitu eccleſiæ adeptis, in foro conſcientiæ tutum non eſſe Alb. de Cardinal. q. 48. Iacobat. de concil. lib. primo fol. 33.

Deciſio CXXXII.

Cardinalis teſtamentum de bonis adeptis Cardinalatus intuitu, autoritate Papæ conditum valet, Barb. de præſt. Card. in 4. q. Baſilica principali, & ibidem nu. 9. vbi egregie quòd ex huiuſmodi poteſtate non poterit Cardinalis bona intuitu Cardinalatus acquiſita relinquere penitus extraneis, &

per

per huiuſcemodi etiam poteſtatem non poterit teſtari ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem, ſed duntaxat ſecundum iuris canonici ſolemnitates.

Deciſio CXXXIII.

Cardinalis regularis an teſtari poſſit, ponit Bald. in auth. licentiam. C. de Epiſc. & Cler. inquiens quòd non, niſi de licentia Papæ, vt doctè tradidit Bertac. de Epiſcop. in 4. par. in §. ſupereſt nu. 6. tract. lib. 2. Alb. eo. loci. q. 45.

Deciſio CXXXIIII.

Cardinales poſſunt condere conſtitutiones, quia regibus æquiparantur, vt diximus ſupra, Bertac. d. lib. de Epiſc. par. 2. num. 31.

Deciſio CXXXV.

Cardinalis de bonis ex Cardinalatu adeptis ædificium in ſolo proprio, ſibi conſtruere poteſt. gloſ. ſing. in c. Apoſtolicos. xii. quæſt. ii. Barbat. lib. de præſt. Card. q. 3. num. 14. ibidem decidit.

Deciſio CXXXVI.

Cardinales ſubſcribunt in priuilegiis Papalibus, in aliis autem non, gloſ. in c. cum à nobis de teſt. ſed tu ſerua ſtilum curiæ. Et nota quòd Cardinales debent morari in curia, propterea quod ſemper præſto ſunt Pôtifici, quòd fallit ex cauſa legationis gloſ. diſt. xcvii. c. nobiliſs.

Deciſio CXXXVII.

Cardinalium conſilia eſſe debet libera, neue ſint in eis aliqua, quæ humanum ſolent iudicium peruertere, & animum captiuare, videlicet, Timor, Odium, Amor, & Auaritia, quorum etiam conſilia debent eſſe matura, & cõſiderata. Hinc Papa debet vota Cardinalium intendere, & ex illis finalẽ reſolutionẽ ſibi reſeruare. Amplè Gond. de poteſt. Rom. Eccle. nu. 10. & 11. Laud. de legat. princip. quæſt. 8. & q. 11.

Deciſio CXXXVIII.

A Papa non debent Cardinales ſeparari vt eorum habeatur conſilium, ſed continuò debet Pontifex cum eis verſari, quia collaterales ſunt, & pars corporis eius Gond. de poteſt. eccleſ. nu. 12. Laud. de legat. princip. q. 1.

Deciſio CXXXIX.

Cardinales ex quo ſunt ſuperilluſtres, & in ſuprema dignitate poſiti, & ſunt aſſumpti per ſummos Pontifices in coadiutores Pontificiæ dignitatis, præſumere ſemper debemus pro luce dignitatis eorum, omnia integrè, ac ſumma cum iuſtitia facturos. l. 1. & ibi gloſ. ff. de off. præſ. præt. & dicit egregiè Lud. Gomeſ. in lib. reg. canc. in regula de publicand. reſignan. in q. 12. num. 4. & in regula vtriuſq; compend. nu. 43. vbi dicit quòd quia princeps eos ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officii magnitudinem euexit, non præſumi aliter eos iudicaturos eſſe pro ſapientiæ, ac luce dignitatis, eorumq; ipſe princeps fuerit iudicaturus, vnde dicit etiam de ſtilo curiæ obſeruari, quando cauſa committitur Cardinali in

ſigna-

ſignatura Papæ non ponitur illa clauſula, quæ in extenſione commiſsionum Vicecancellarii, vel regentis communiter apponi ſolet, videlicet iuſtitiam faciat &c. ſicuti apponitur in commiſsionibus aliis prælatis directis, non enim iubet Papa Cardinalibus, vt iuſtitiã faciant, quia quilibet Cardinalium hoc proprium, & peculiare habere debet; vt abſq; aliquo ſigno, vel monitione iuſtitiam faciat, quæ eorũ pectibus ita ineſſe debet, vt propria vita, vt ibidẽ ſub num.43. & 44. Gomeſ. eruditiſsimus ſcriptum relinquit.

DE PRIVILEGIIS.

Deciſio CXL.

Cardinalis Vicarius Papæ in Vrbe vtitur plena iuriſdictione, non tamen aduerſus ſubditos Cardinalium, quia ii ſubiiciuntur Vicariis Cardinalium. Ita dicit Franc. Zabar. in clemen. ne Romani de elect. Laud. de Card. q. xvi. & in 2. q. lxxviii.

Deciſio CXLI.

Frater minor acquirens Cardinalatum ſuccedit parentibus ſuis, cum liberatur ab ordine fratrum, autoritate Papæ, quia iura ſuccedendi recuperat, ſecundum Bart. lib. vlt. minoricarum.

Deciſio CXLII.

Ad condemnandum Cardinalem Epiſcopum requiruntur lxxii. teſtes. Io. And. in c. licet vnicus de teſt. Cardinalem Præsbyterum. 64. Cardinalem Diaconum 26. teſtes. Barb. de præſt. Card. q. 11. per totam, Laud. eo loci. q. 10. & in 2. q. 71. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 72. col. 2. lit. c. & qualiter eſſe debeant teſtes. Barb. eo loci nu. 10. vbi etiam dicit quod Papa ſolus eſt Cardinaliũ iudex, Io. de Anan. in c. ex geſtis de cleric. non reſid. num. 4. Rom. in aut. ſimiliter C. ad l. falcid.

Deciſio CXLIII.

Cardinales per ſemetipſos minime, ſed per procuratores eorum lites agere debent, Spec. in tit. de actore. §. primo in ver. item illuſtris, & not. in l. pœn. & in aut. quamuis C. de procurat.

Deciſio CXLIIII.

Cardinales iuramentum fidei Papæ non præſtant, quia ſunt vnum corpus cum eo, vt dicunt omnes in c. antiqua de priuil. & diximus ſupra deciſ. 1. Gondiſ. de poteſt. eccleſ. Franc. in c. ſuper eo de hæreticis. nu. 3. & 14.

Deciſio CXLV.

Cardinalem in perſonam offendens incidit in crimen læſæ Maieſtatis. c. felicis de pœn. & clem. 1. eo. tit. Laud. eo loci. q. 7. & in 2. q. 48. & cõmittit etiã ſacrilegium, Barbat. de præſt. Card. q. 1. nu. 30. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 47. col. 1. lit. a.

Deciſio CXLVI.

Cardinali indigēti ſum̃us Pont.ſubuenire,& conſulere tenetur,quia Papa debet amare Cardinales,vt ſeipſum,& eiſdē in neceſsitatibus præſto eſſe. Hoſt.in d. c. antiqua de priuil. Laud. de Card.in 2.q.6.Baiſ.in tract. de elect. q.35.2.par.num.6.Iacobat.de concil. lib.1. fol.39. lit. a. & qualiter ſit prouidendum Cardinalibus ponit extrauagans Nicolai quinti, quæ eſt inter geſta concilii Baſil.

Deciſio CXLVII.

Reus criminis,qui ducitur ad mortem obuiam factus Cardinali,ſi pileum in eum proiecerit liberatur,ita Bal.in l.additos.C.de app.& in l.additos.C. epiſ.audi.& ibi Alber.Barb.de præſt.Cardin.q.9.princip.per totam,Reſt.de Imper.q.96.num.3.Laud.de princip.q.483.Paris de Puteo de ſind. in.§.an ſi iudex num.2.tract.lib.4.Corſet.in repertorio in verſ. an Cardinales, & Cepol.cautel.2.Marſ.ſin.272.Gond.eo loci nu.6.Card.Iacob.de concil.lib.1.fo. 37.col.1.in lit.a.atq; confugiens ad domum Cardinalis conſequitur immunitatem,Card.Iacob.de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio CXLVIII.

App.curialum vrbis Romanæ in fauorabilibus continentur DD. Cardinales,in odioſis non. Alber.in rub.C.ſi à non cōp.iud.Laud.eo loci in 2.q.24 Io.de Sylua.de benefi. q.43.3.par.nu.2.vbi an in generalibus diſpoſitionibus ſub app.clericorum cōprehēdantur amplè tractat,& Cardinalis ex pronunciato Papæ in conſiſtorio facto quis dicitur Io. Sylua.lib. de benef.q.2.1.par. nu.54.etiam quod non habuiſſet inſignia, Alban.abundè de Card.q.17.

Deciſio CXLIX.

Habens beneficium curatum inferius ab Epiſcopatu,vel Archiepiſcopatu,puta Rectoriam cathedralis eccleſiæ,promotus ad Cardinalatum poteſt illud retinere, Hoſt.Io.An.Aret.Butr.& alii in c.eccleſia veſtra in.2.de elect. licet eo loci dicat contrarium Abbas.

Deciſio CL.

Epiſcopus,vel Archiepiſcopus promotus ad dignitatem Cardinalis non perdit Epiſcopatum,ſiue Archiepiſcopatū,& ex priuilegio retinent vtrunq; titulum, Hoſt.Io.And.& But.in d.c.eccleſia veſtra,in 2.de elect.vbi dicunt, quod cōſuetudo curiæ eſt, vt DD.Cardinales retineant priora beneficia in priuilegium, & ratio eſt propter excellentiam dignitatis Cardinalatus,& ſecundum hanc partem ſæpe fuit conſultum per præſtantiſsimos doctores, vt refert Nicol.Sicul.in c. bonæ in.1.de poſt.prælat.Mart.Laud. de Card.in 2.q. 42.amplè Barb.de præſt.Card.q.12.

Deciſio CLI.

Cardinalis de facili non recuſatur propter eius approbatā fidem,& optimos mores,Hoſt.Io.And.Ant. Butr. et Ioan. de Anania in c.ad petitionē ex, de ac-

de accuſ.Iacobat.tract.de concil.lib.1.fol.32.col.2.magna itaque requiritur cauſa ad recuſandum Cardinalem not.in c.cum olim.de offic.deleg.Corſet. in repert.Abbat.in verbo contra Cardinalem.

Deciſio CLII.

Creditur teſtimonio Cardinalis ſine iuramento,Innoc.in c.cum olim in 1. de priuileg. not.in c.cum à nobis ex. de teſt. & in c.quod ſuper his de fid. inſtrum.Barbat.de Card.leg.q.2.num.20.Bertac. in tractat. de Epiſcop.in.§. ſequitur nu.19.& quando abſque probatione ſtetur,vide Barba.eo loci. q. 1. num.10.& an credendum ſit Cardinali in alterius præiuditium vide eleganter tradita per Card.Iacobat.tract.de concil.fol.37.col.1.

Deciſio CLIII.

Cardinales iuriſdictionem non habent cauſas audiendi, niſi ſpecialiter hoc eis demandetur à Pontifice,Specul. de libel. concep.in.§. iam nunc videndum cir.princip.in uerſ.Cardinalis autem,Barbat.de Card.leg. à lat.q.5. num.13.Gondiſ.de poteſt.eccleſ.nu.65.

Deciſio CLIIII.

Monacus effectus Cardinalis non abſoluitur à ſubſtantialibus regulæ,ſecund.Bal.in aut.licentiam C.de epiſ.& cleric.

Deciſio CLV.

In excommunicatione generali non veniunt DD.Cardinales. not. ſcrib. in c.quàm periculoſum de ſent. & excom.lib.6.

Deciſio CLVI.

Cauſa commiſſa Cardinali cum clauſula app.remota,ab eius ſententia nõ appellatur,Bal.in l.1.ff.de offi.præf.prætor.Barba.de Card.legat. in q. 5. nu. 12.& d.clauſula intelligitur de quacunque app.etiam non friuola,Pauinus de off.& poteſt.cap.ſed.vacã.fol.pen.col.3.Iacobat.de concil.lib.1. fol. 38. Milis in repertorio in verbo appellare non poteſt à ſententia lata per Cardinalem,Gomeſ.in regul.vtriuſque ſign.comp.num.49.

Deciſio CLVII.

Ad condemnandũ Cardinalem Epiſcopũ requiruntur.lxxii.teſtes vt ſupra Præsbyteri Cardinales lxiiii.teſtes.ii.q.v.c.præſul.& c.nullum,vbi textus reddit rationem ſpecialitatis deciſio fallit in crimine hæreſis, tunc ad condemnationem,non attenditur talis muneris teſtium,vt per gloſ.in c. 1. de ſciſma. in verbo Cardinalem.lib.6.

Deciſio CLVIII.

Creditur Cardinali de eo quod dicit factum à D.N.Papa viuæ vocis oraculo Lapus alleg. xxxiii.not.in c.quod ſuper his de fid.inſtrum. & in c. cum literis de in integ.reſt.Io.And.in c.1.de off.leg.lib.6.Hoſt.Io.And.in c.conſtitutis de app.Card.Alex.in c.nobiliſſimus xcvii.diſtin.Lapus alleg.33.Alex.in conſ.92.in vi.vol.Bal.& Salicet.in l.iuſiurandi C.de teſt.Iaſ.in conſ.ciiii.Laud.

de Card.

de Card.q.20.Io.de Anania in c.cum ex iniunćto de hæret.& in c.excommunicamus.§.quia vero eo.tit.

Deciſio CLIX.

Cardinalis legatus à latere confert beneficia c.1.& 2.de off.leg.libr.6. vbi plene,& nota quòd ſimplex Cardinalis reſidens in curia præfertur in honoribus Cardinali legato, Boer.in tract.de præmi.magni concil.quem refert,& ſequitur Lud.Gomeſ.lib.regu.cancel.in reg.vtriuſq;ſign.comp. num.36. & in reg.de valore in 1. q. num. 2. vbi dicit,quòd Cardinalis præſens cenſetur dignior abſente,& in d.regu.de imp.q.17.num. 5. & quare à curia recedere non poſsint ſine licentia Papæ, ibid.num.4. Affl.dec.289.

Deciſio CLX.

Reg.de impet.benef.vac.per obitum fami.Cardinal.diſponit,vt nomen, & titulus,ac cõſenſus Cardinalis exprimatur, Quid ſi Cardinalis fuit abſens tempore impetrationis ex licentia Papæ,vel alias,an tali caſu requiratur expreſsio nominis,& tituli, Lud. Gomeſ.ſub d.Regul. q. xvi.ponit caſum, & decidit quòd ſic,iura & rationes eo loci vide.

Deciſio CLXIV

Cardinalis quotidie panem ex Palatio ſumens aſsiſtensúe & obſequens Papæ,familiaris idcirco ipſius non eſt,Gomeſ.ſub reg.de imp.benef.vac.per obitum famil.in xiii.q.num.3.

Deciſio CLXII.

Cardinales, vt curialium diuitum beneficia conſequantur, illos in familiares habere gaudent ex priuilegio,Lud.Gomeſ.ſub d.regul.de impetr. benef.q.xiii.n.15.qui dicit,quòd Cardinalis per obitum alicuius ob ſuſceptam amicitiam cum ipſo,beneficia,tanquam per obitum familiarium impetrare poteſt,& refert vidiſſe pluries ſeruari.

Deciſio CLXIII.

Cardinalis habens indultum, quòd abſens gaudeat omnibus priuilegiis præſentium,nunquid per eius vicarium poterit præſtari conſenſus ad obſer uationem regulæ de impetr.benef.per obitũ &c.Lud.Gomeſ. Auditor Rotæ Romanæ, qui plurimum tempore Beatiſsimi Pauli III. floruit vir Doćtiſsimus ſub d.Reg.lib.Regul.Cancellariæ.q.xxii. num.1. decidit quòd ſic, & rationes adducit. Contrarium tenet Stafil.de gratiis & expećtat.in vi.par. princ.in 3.quæſt.num.12.pro cuius opinione facit,quæ notat idem Gomeſ.in reg.de valore.q.1.num.11.vbi tenet d.regul.de valore exprimendo non comprehendere Cardinales abſentes.

Deciſio CLXIIII.

Cardinalis non poteſt renunciare honori, vt nomen eius in literis de impetrantibus beneficia vacãtia per obitum &c.non exprimetur,nec quòd eius conſenſus requiratur, quia hæc introducta ſunt in fauorem omnium

Cardinaliũ,cui per particulares renũciare nõ poteſt.arg.not.in.c.diligẽti de foro comp.Lud.Gomeſ.eo loci.q.xxvii.num.1.& q.28.vbi quærit an conſenſus Cardinalis in huiuſmodi poſsit accedere poſt impetrationem,& decidit quòd ſic,quia ſufficit quòd adſit conſenſus in expeditione literarum, vel ꝙ de dicto conſenſu per ſcripturam Cardinalis fiat in cancellaria fides,& hinc eo loci Gomeſ. q.29.dicit quòd ſi Cardinalis antequam præſtat conſenſum, ſecundus impetrat cum conſenſu Cardinalis,poſtea primus impetrans obtinet poſt ſecundam impetrationem conſenſum,prima impetratio valet,& non ſecunda,ex quo ſufficit quòd accedat conſenſus tempore literarum expeditionis & q.30.vbi quærit quid agendum ſit per impetratum, cum impetrationi factæ Cardinalis non vult conſentire, & dicit recurrendum eſſe ad ſuperiorem,qui præſtet conſenſum.

Deciſio CLXV.

Cardinales non continentur ſub regula de publican.reſignand.Lud. Gomeſ.lib.reg.cancel.ſub.d.reg.q.12.vbi in principio,& in fine quæſtionis tenet hanc partem, in medio autem de ea dubitat,quia dicit ſub nu.3.d. regulam eſſe fundatam in bono animi, vt fraudes & doli euitentur, ideo in his quæ animum reſpiciunt, Cardinalis non differt à quolibet alio populari, & citat Belenc.de charit.ſubſid.q.lxvi.qui dicit circa medium ad propoſitũ deciſionis,quòd vbi agitur de euitanda fraude conſtitutio cõprehendit etiam Cardinales,not.in c.ſciant cuncti,& ibi mod.ex. de elec.in.6.& in c.1.de ſciſm.

Deciſio CLXVI.

Cardinales quibus fauoribus,Benedictus xii.in beneficialibus proſequutus eſt,ponit Lud.Gomeſ.ſub.d. Reg. de impetr.beneſ. vacant.&c.in præfatione num.2.

Deciſio CLXVII.

Quæro an regula cancellariæ de valore exprimendo in impetratione beneficii,cõprehendat Cardinales,veritas eſt quòd non, quam tenet Anch. in conſ.295.Belenc.de charit.ſubſid.in q. lxvi. Felin.in c. cum cauſa il.2. in 4. col.de teſt.& in c.eos in fine de hæreticis,quos citat Lud.Gomeſ.ſub d. reg. q.1.vbi tenet contrarium num.3. 4. & ſub num.11. diſtinguit, videlicet quòd opinio negatiua procedat,quando Cardinales ſunt præſentes in curia,tunc non continentur ſub d.reg. quia propter prærogatiuam præſentialitatis gaudent priuilegio,in abſentibus autem dicit quòd procedit pars affirmatiua, & ita tranſit.

Deciſio CLXVIII.

Cardinales an contineantur in diſpoſitione generali habentes clauſulas prægnantes Lud. Gomeſ.ſub regu.de valore in 1.quæſt.nu.6.tenet quòd ſic, referens Felinum in c.cum in iure peritus de off.deleg.& in rubr. de maior. & obed.dicentem ex ſtricto iure defendi non poſſe Cardinales nõ contineri

in di-

in diſpoſitione generali habente clauſulas prægnantes, Ioan. And. Gemi. in c. nemo de elect. lib. 6. Casſiad. ſuper regulis cancellariæ deciſ. 38. nu. 5. dicẽtes quod in verbis generalibus regularum non comprehenduntur, niſi aliter ſit in eis diſpoſitum.

Deciſio CLXIX.

Cardinales de conſuetudine curiæ Romanæ committunt obſeruationes terminorum in cauſis auditoribus ſuis ſine ſpeciali mandato Papæ. Egidius conc. 44. Stafil. de grat. & expect. in. §. dicendum eſt nu. 14. & 15. inquiens q; ſtatur dicto Cardinalis, in his quæ aguntur coram eo in cauſis ſibi commiſsis, allegat Egid. con. 184. Gomeſ. in reg. vtriuſq; ſig. comp. nu. 47. & nu. 48. ibidem, quod poſſunt committere obſeruationes terminorum ſine ſpeciali commiſsione Papæ.

Deciſio CLXX.

Cardinali ab Auditore non inhibetur, Stafil. de gratiis, & expectat. in d. §. dicendum num. 16. tractatuum lib. 4. Gomeſ. in reg. vtriuſq; ſign. comp. num. 46. in verſ. ſextum priuileg. & hoc ob magnam reuerentiam.

Deciſio CLXXI.

Papa imponens generale ſubſidium quibuſcunq; beneficiatis pro expeditione contra infideles: Vtrum Cardinales ratione beneficiorum ſuorum teneantur contribuere ad præſtationem huiuſmodi ſubſidii, Roma. in conſ. 498. tenet partem negatiuam propter priuilegia, quæ habent Cardinales, cuius ſententiam ex pluribus ſequuntur Belencinus in tractatu de caritat. ſubſid. in q. lxvi. vbi abunde, & Hieronymus Gigãs de penſion. q. ix. num. 8. tractat. lib. 4. & eo etiam loci idem Gigans q. lix. nu. 10. tenet quod non tenẽtur Cardinales ad ſolutionem decimarum, niſi de eis dictum ſit.

Deciſio CLXXII.

Cardinales qui prima vice xii. familiares continuos commenſales nominauit in cãcellaria, loco reſidentiũ ex familiaritate, vel morientiũ, alios nominare poteſt, qui potiuntur eiſdem familiæ priuilegiis, contra regulam legis boues. §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif. vbi licentia nominandi intelligitur de prima tantum, & non de vlteriori, & hoc propter ſpecialia, quæ habent DD. Cardinales, ita dicit Stafil. de gratiis, & expect. in. §. circa tertiam partem num. 58. & num. 62.

Deciſio CLXXIII.

Cardinales etiam quod non ſint legati, ſunt priuilegiati in non reſidendo in ſuis beneficiis, eiſq; creditur de actis coram ſe, licet non appareat ſcriptura, Io. An. in c. conſtitutus de app. pulchrè, Pauin. in li. de viſi. q. x. nu. 38. 39.

Deciſio CLXXIIII.

Cardinales qui indulgentias concedunt ex priuilegio Papæ hoc faciunt, non à iure cõmuni conceſſo, Lud. Bolog. li. de indul. nu. 49. Iacob. de cõcilio lib. 1. fol. 39.

Deciſio CLXXV.

Cardinalis abſens à curia expectandus eſt per quinque annos, quibus ela pſis citabitur, vt habetur in c.2.de clericis non reſident. vel ſecundum Ioan. Imol. in d. cap.2 .tempus eſt arbitrarium, vbi dicit, quod tunc Cardinalem Papa ſine conſilio fratrum propter excellentiam dignitatis Cardinalatus ob non reſidentiam, non debet deponere, & ait Ioan. Monacus in c.ſuper eo de hæret.lib.6. quod ſi Papa ſine conſilio fratrum deponeret Cardinalem, quia citatus, vt veniat ad reſidendum in curia, & non venit, ſucceſſor in Papatu debet ipſum reſtituere, quem ſequuntur Card. Zabar. & Ioan. Imol. in d.c.2.

Deciſio CLXXVI.

Commiſsiones, quæ fiunt Cardinalibus non ſolent ſignari, niſi à ſolo Papa, propter excellentiam dignitatis eorum, quod in aliis ſecus eſt, Bonif. Vital. in clem. auditor de reſcriptis Lud. Gomeſ. ſub regula vtriuſque ſignat. compend.nu.45.& nu.46.qui dicit, quod quando cauſa committitur contra Titium, & alios in citationis decreto nominandos, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeret, commiſsio non datur niſi Cardinalis nominatur &c.

Deciſio CLXXVII.

Cauſa commiſſa Cardinali, quæ ante fuerat commiſſa auditori, ei intimatione facta abſque inhibitione, auditor non poteſt amplius in cauſa procedere, ob reuerentiam Cardinalis, ſecus ſi cauſa eſſet auditoribus commiſſa, Rota in antiq.deciſ.24.Gomeſ. in regu. vtriuſq; ſignat. comp. num. 48. in verſ.quintũ ſingulare.Iacobat.de concil.lib.1.fol.38.lit.a.col. 1. & ſubdelegat Cardinalis, quo ad audientiam Iacobat. de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio CLXXVIII.

Cardinalis, cui cauſa commiſſa eſt, alteri Cardinali non inhibet, Rota deciſ. vltima, de dolo & contumacia in antiq. Lud. Gomeſ. in reg. vtriuſq; ſign. comp.lib.regularum cancellariæ num.48. & ibidem dicit quod in pari cauſa, quando Cardinalis habet pares rationes cum alio, Rota ſolet in dubiis gratificari pro Cardinali, Iacobat. de concil.lib.1.fol.38.

Deciſio CLXXIX.

Cauſa ſemel commiſſa Cardinali, ab eo non deciſa, non committitur alteri inferiori à Cardinali ſine ſpeciali mandato Papæ propter illius honorem Egid.deciſ.37. Milis in verbo app. Gomeſ. eo loci vtriuſque ſig.comp. num.48.in verbo ſeptimum priuilegium.Iacobat.de concil.lib.1.fol. 38.

Deciſio CLXXX.

Cardinalium ſanguis ſine licentia Pontificis non extrahitur, Gondiſal.de poteſt.eccleſiæ num.13.& num.63.vbi valde contra offenſores ſuos ſunt priuilegiati.Iacobat.tract.de concil.lib.1.fol.34.in lit.a.col.1.probat tex.in c.eccleſia veſtra il 2.de elect.

Deciſio

Deciſio CLXXXI.

Cardinales, de delictis ante Cardinalatum commiſſis nō puniuntur, ſed gaudent priuilegio cap. præſul. 2. q. 5. vt amplè traditur per Barb. de præſt. Card. in. 2. q. Baſilica princip. num. 3. & num. x.

Deciſio CLXXXII.

Cardinalis in accuſatione hæreſis, aut ſciſmatis, per procuratorem comparere poteſt, quia illuſtris & ſuperilluſtris eſt, & plures alias habet prærogatiuas, vt abundè per Barbat. eo loci q. 2. princip. num. 9.

Deciſio CLXXXIII.

Cardinales viuere poſſunt de redditibus Cardinalatus, & conſeruare patrimonium proprium, etiam q̄ eſſet amplũ, & poſſunt in victu vti pluribus ferculis, textus eſt formalis in. c. vbi periculum. §. in conclaui de elect. lib. 6. Barb. de præſt. Cardin. q. 6. princip. per totam.

Deciſio CLXXXIIII.

Cardinales legibus communibus non ſubiiciuntur, cum ſint pars corporis Papæ, probat textus in. l. bene à Zenone in verſ. dignam ſua prærogatiua fortunam. C. de quad. præſcrip. Barb. de præſt. Card. q. 6. nu. 8. & ibidem ſub num. 1. quærit vtrum conſtitutio penalis loquens de clericis comprehendat Cardinales, & decidit ex pluribus, q̄ non ligantur Regulis Cancellariæ.

Deciſio CLXXXV.

Cardinales ſub reuocatoria Bonifacii, de qua in c. fin. de conceſſ. præbend. lib. 6. non includuntur ſecundum Io. And. in cap. primo in nouella, & ibi. Ioan. Monac.

Deciſio CLXXXVI.

Cardinales tanq̄ maximi debent ſpeciali prærogatiua lætari. c. 1. & 2. de off. legat. lib. 6. Barbat. de præſt. Cardinal. quæſt. 8. num. 4. inquiens, q̄ decet eos eſſe participes priuilegii ſingularis, & q̄ Papa non conſueuit aliquid gerere ſine conſilio, & conſenſu eorum, facit text. in. c. irrefragabili. §. primo de off. ord. & cap. 1. de excel. prælat.

Deciſio CLXXXVII.

Cardinalis gaudet priuilegio numeri teſtium, ſi accuſetur de his, quæ cōmiſit, antequam eſſet Cardinalis, Archid. in. c. præſul. 2. q. v. Laud. de Cardinal. in. 2. quæſt.

Deciſio CLXXXVIII.

Cardinali, de cōmiſſione ſibi facta ſine literis creditur, Belencin. in tract. de charit. ſubſid. q. 110. nu. 4. hinc creditur de actis coram ſe geſtis ſine ſcriptura Pauin. de viſita. in x. quæſt. primæ par. nu. 38. tract. lib. 3. Stafil. de grāt. & expect. in §. dicendum num. 15. tract. lib. 4.

Deciſio CLXXXIX.

Cardinalis aſſertioni aſſerentis ſe legatum creditur, quo ad poteſtatem reſer-

reſeruandi,quam probare poſtea debet Gaſpar Peruſi. in tract. de reſeruat. benef.q.x.in.§.quæ autem num.1.Aeneas de Falcon.de reſer.benef.par.2.præ ludio quinto.nu.2. tract.lib.4.Gondiſ.de poteſt.eccle.nu.62.

Deciſio CXC.

Cardinales non deuinciuntur per generales diſpoſitiones odioſas,Ioan. de Sylua de benef.xii.q.3.par.nu. 30. tract. lib.4.Hierony.Gigans de pēſion. q.LIX.Belencinus de charitat.ſubſid.q.LXVI.tract. lib.4. Franc.in. cap.primo ex.ſciſma.

Deciſio CXCI.

Cardinales nunquam cōprehenduntur ſub cenſuris in conſtitutionibus appoſitis,niſi de eis ſpecialis fiat mentio, Belenc. de charit. ſubſid. q. LXVI. num.4.Laud. de Card.q.62. & quando in generali conſtitutione cotineantur tradit Ioannes Licirier. de primo genitura quæſt. 24. lib.primo num.32. tract.libro ſeptimo.Iacobat.de concil.lib.1.art.12.col.2.l.B.

Deciſio CXCII.

Conſtitutio ſimpliciter loquens de Cardinalibus,ſemper intelligitur de Cardinalibus S.Ro. eccleſiæ, arg.text. in l.1.in.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager. vectig.& ad differentiam Cardinalium Rauennatorū, vel aliorum,ſi ſecun dum conſuetudinem ſic appellarentur,vt per Barb.de præſt. Cardinal.in.8. quæſt.Baſil.princip.num.ix. 11.18.

Deciſio CXCIII.

Cardinalis ſemel depoſitus ex priuilegio dignitatis poterit iterum à Papa reſtitui,egregiè Barb.de præſt.Card.in.x.q.princip.num.4.&.5.

Deciſio CXCIIII.

Cardinalatus dignitas in inuitum conferri nō poteſt,Barb.eo loci quæſt. XII.num.11.

Deciſio CXCV.

Cardinalis impetrans beneficium familiaris alterius Cardinalis,An teneatur ſeruare contenta in regula de impetr. benef.vacan. per obit. fam. Card. amplè Lud.Gomeſ.eo loci Regu. de impet.benef.vacan.per obitum,in.XII. quæſt. vbi hincinde relatis rationibus tenet regulam habere locum, & plus dicit ſub quæſt.VI.regulam etiam procedere in beneficio commendato familiari Cardinalis, per cuius obitum impetratur,ſub num.5. 6.&.7. vbi etiā dicit iuuandos eſſe Cardinales fauorabili interpretatione priuilegiorum huiuſmodi.

Deciſio CXCVI.

Cardinalis procurans gratiam pro aliquo, non requiritur in gratia, vt mentio familiaritatis ipſius Cardinalis fiat,quia tunc non poteſt dici deceptus,Lud.Gomeſ.ſub.Reg.de impetr.benef.vacant.per obitum fam. Cardin. quæſt.XI.num.5.

Deciſio

Deciſio CXCVII.

Cardinalis patronus familiaris mortui, vel alius impetrans, nunquid poſſit opponere contra Cardinalē impetrantem, Lud. Gomeſ. ſub Reg. de Imp. beneſ. vac. per obitum famil. &c. in quæſt. XII. nu. 4. dicit q̃ non, per rationē, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio cōtra pariter priuilegiatum, & ſub num. 5. pariter, q̃ Cardinalis impetrans quo ad regulam de impet. per obitum famil. Card. tria tenetur obſeruare, videlicet vt impetrans exprimat familiaritatem, nomen, & titulum Cardinalis, atq; habere conſenſum, alias impetratio non valeret.

Deciſio CXCVIII.

Cardinalis, qui patitur, quòd aliquis familiaris continuus commenſalis non actu ſeruiat potitur Regulā de impet. benef. vac. per obit. fam. Cardin. adeò vt d. commēſalis verè dicitur familiaris, & gaudet prærogatiuis illius, Lud. Gomeſ. in d. Reg. q. 13. num. 3.

Deciſio CXCIX.

Cardinales ſub regulis cancellariæ nō cōprehenduntur abundè, Lud. Gomeſ. de Reg. cancel. in. 6. quæſt. proœmii nu. 10. & idem Lud. Gomeſ. in præfa. regulæ de valore num. 5. inquiens, quòd Cardinales ſunt immunes à taxis officialium: In conſtitutione autem fauorabili & priuilegiata benè includuntur, vt eo loci amplè Hierony. Alb. de Cardin. quæſt. 42. col. 23. Iacobat. tract. de concil. lib. 1. fol. 27.

Deciſio CC.

Cardinales in generali diſpoſitione concernente bonum publicum, vel animi vtilitatem, aut periculum comprehenduntur, Gomeſ. lib. Regularum cancel. in Reg. de infir. reſignat. in. 3. quæſt. num. 4.

Deciſio CCI.

Cardinales nō coguntur eccleſiis Parocchialibus deſeruire, Lud. Gomeſ. eo loci quæſt. 3. & in regulæ de idiom. num. 5. quia excuſantur à reſidentia Card. Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 37. l. B. & propterea ſub regulis cancellariæ non veniunt, nec in quacunq; penali diſpoſitione & odioſa, ibidem num. 6. Hierony. Alb. eo loci. q. 24. vbi latè.

Deciſio CCII.

Cardinales impetrantes; cōprehenduntur ſub Regula de impetrantibus beneficia viuentium, quoniam regula fauorabilis eſt, atq: fauorem animi cōcernēs, & ideo vbi de animo agitur, magis Cardinales, quàm alii cōtinentur, quia aliis ſanctiones eſſe debent, vt not. in. c. cum quidam de iur. iurand. & in. c. ad aures de reſcrip. Lud. Gomeſ. ſub. regul. de impet. benef. viuent. in ſexta quæſt.

Deciſio CCIII.

Cardinalis habens ſignaturam, non poteſt vtroq: modo ſimul eadem ſignatura

gnatura ſignare, videlicet conceſsũ, vt petitur, & in forma, &c. vt elegãter dicit Lud. Gomeſ. lib. regul. cancel. in comp. vtriuſq: ſigna. num. 14.

Deciſio CCIIII.

Epiſcopus ad Cardinalatum promotus, interim Epiſcopalia geſtare poteſt, tanquàm verus Epiſcopus, videlicet ſoluere, & ligare ordines, & beneficia conferre, pro eccleſia contrahere, ut ante poterat, Barba. de præſtan. Cardinal. quæſt. xii. princip. num. 15.

Deciſio CCV.

Maledicens Cardinali legato punitur, vt quemadmodum malediceret Papæ, Io. de Anania in cap. 1. de maledict. Corſet. in reperto. Abat. in litera. c. in verbo an maledicens &c. dicitur etiam in. c. felicis de pœnis in. 6. ꝙ d. conſtitutio puniens certis pœnis percutiẽtem Cardinalem, habet locum etiàm in obiurgante cum verbis Cardinalem, Iacobat. de concil. lib. 1. fo. 39. vbi ait, ꝙ obiurgãs Cardinalem, obiurgatur Papæ, & quòd ex ſola verbali illata quis incurrit pœnas. c. felicis de pœnis, atq: Frãc. in d. c. felicis in. §. quapropter, ꝙ Cardinalis iniuriatus poteſt declarare penam, quæ imponitur propter iniuriã illatam, & ibidem etiam ponit, an percutiens Cardinalem, poſſit ab eo abſolui, Corſet. in repert. Abbatis in verbo Cardinales in verſ. Item gaudet.

Deciſio CCVI.

Cardinalis, an poſſit beneficium commendatum concedere ſub annua penſione, Io. de Anania in cap. non ſatis num. 3. de ſciſma. lib. 3. dicit ꝙ ſic.

Deciſio CCVII.

Cardinalis non poteſt renũciare Cardinalatui Firm. in tract. de Epiſcop. quæſt. xxix. primæ par. 2. libri, Abunde Alb. de Cardinalib. quæſt. xxxvi. col. 3. Laud. quæſt. xxxvi.

Deciſio CCVIII.

Cardinalis exprimens falſum valorem beneficii, an impetratio ſit nulla, tradit Felin. in. c. ad aures de reſcrip. in verſi. octaua concluſio, & an ligantur conſtitutionibus, & regulis cancellariæ, ibidem in. c. ad aures col. 7.

Deciſio CCIX.

Cardinales non poſſunt recedere à iuſſu Põtificis, quorum ipſe princeps eſt, Felin. in. c. ſi quando in. 7. col. de reſcrip. Io. de Anania in Rub. de ſciſma, Corſet. in repertorio Abbatis in verbo Cardinalis ante tempus.

Deciſio CCX.

Cardinali, qui dicit ſe Legatum creditur, etiam ſi non oſtẽderet literas, Abbas in. c. ſuper his de fid. inſtrum. in. 3. col. in verſ. ſed nunc, & in tantũ hoc verum eſt, vt inquit Abbas, ꝙ illuſtri perſonæ non creditur ſine literis, niſi ſit Cardinalis, & ibid. Felinus col. 2. in verſ. prima concluſio, dicens id habere locum etiam in omni alia perſona grauiſſima, & illuſtri, Corſet. in repertorio Abb. in verbo Cardinalibus an ſit credendum.

Deciſio

Deciſio CCXI.

Cardinales poſſunt cum clericis, & laicis inuaſorem ſedis Apoſtolicæ anathematizare.89.diſtin.cap.ſi quis pecuniam,Corſet.in reper.Abbatis in verbo Cardinalibus conceditur.

Deciſio CCXII.

Cardinales gaudent priuilegio.c.quàm periculoſum de ſentent.excommunic. vt hi in ſententia excommunicationis generaliter promulgata non contineantur,niſi fiat ſpecialis mentio,Io.de Anania in rub.de cleric.excommunica.Io.And.in.d.c.quàm periculoſum,quẽ ſequũtur omnes,& in addit. ad Specul.in tit.de Legato.

Deciſio CCXIII.

Cardinalis non poteſt eſſe vxoratus, niſi vxor religionem profiteretur, Io.de Anania in.c.ſane, num.2.ex.de conuerſ.coniug.lib.3.

Deciſio CCXIIII.

Cardinales habent illa ſex priuilegia Epiſcoporum,de quibus per gloſ.in cap.fin.de priuileg.in.6.Io.And.in addit.ad Specul.in tit. de Legato,& plura alia, vt refert Iacobat.de concil.lib.1.fol.36.col.2.per totam,& fol.39.

Deciſio CCXV.

Cardinales, qui eccleſiæ Senatores ſunt.c.eccleſia habet Senatum.16.q.1. Senatorum exemplo ab omnibus immunes eſſe debent, iuxta.l.Senatorum. C.de dignitat.lib.11.not.in.l.1.C.de præpo.lib.10.

Deciſio CCXVI.

Cardinalis non poteſt exceptione excommunicationis à Pontificis electionẽ repelli,cle.ne Rom.§.cæterũ de elect. in.6.Alb.de Card.q.41.col.fin.

Deciſio CCXVII.

Quãuis illa verba viſis &c.quæ communiter in ſententiis apponuntur fidem non faciunt,tamen ſecus eſt in ſententia Cardinalis legati,quia tũc plene probant Innocent.in.c.cum dilectus ex.de accuſat.Felinus in.c,quoniam contra, num.60.ex.de probat.

Deciſio CCXVIII.

Cardinales plura beneficia retinere non prohibentur, propterea quod regimini eccleſiæ vniuerſalis inuigilant,& conſequenter cuiuſcunq; particularis eccleſiæ curæ dicuntur deſeruire, tex. eſt in extrauagãti execrabilis per quẽ ita dicit Io.And.in add.ad Specul.in tit.de legat. & dicit Innocẽt. ꝓpter eorum ſummam dignitatem ad pluralitatẽ beneficiorũ etiam incõpatibiliũ à Papa Card.eſſe diſpẽſandos i.c.cũ iã dudũ,de præb. Abb.in c.de multa co. tit.Felin.i.c.nõnulli nu.63.de reſcrip.& hoc in Cardinal. præcipuũ eſt ſecũd. Io.And.in add.ad Spec.in tit.de legat.ꝑ rationẽ text.d.ext.execrabilis,ex quibus ceſſãt rationes notatæ in.c.quia nõnulli de cler.nõ reſid. Abbas,Io.And. in.c.ex parte,in primo de cleric.non reſiden.Oldrad.in con.46.

Deciſio CCXIX.

Hoſt.in cap.2.de cler.non reſid.dicit quod ad deponendum Cardinalem concilium generali congregari debet, cumq; aliter à ſolo Pontifice deponi non poſſe, Decius in rub.ex.de conſtitut.col.3. in.2.lect.Barbat. abundè lib. de præſt.Cardinal.quæſt.8.princip.

Deciſio CCXX.

Cardinales gaudent priuilegio à Sixto.IIII. conceſſo vt beneficia eccleſiarum, in quibus titulati, aut commendatarii ſunt, liberè conferre valeant, non obſtantibus reſeruationibus expectatiuiſq;, niſi fortaſſe vacarent in curia, & ſummus Pontifex de dictis eccleſiis, niſi de expreſſo illius Cardinalis ordinarii, vel commendatarii conſenſu prouidere non debet, vt atteſtatur Felinus in.c.his qui de maior.& obedient.

Deciſio CCXXI.

Cardinales teſtandi iure militari priuilegium habent, Alban. lib.de Cardinalatu quæſt.42.in.3.col.in verſ.2.principaliter.

Deciſio CCXXII.

Orto ſciſmate, vel alio caſu graui occurrente, in quo concilium conuocare debeat, ſi Papa ſit negligens in eo congregando, tunc conuocandi con cilii facultas ad Cardinales pertinet tãquam ad maiores poſt ſummum Pontificem ſuprema dignitate fulgentes, Hoſt.Io.And.Imol.in. cap.dilectus de præben.Felin.in rub.de maior.& obed.Rom.in conſi. vltimo, Card. in con. 150.Abbas in.c.licet col.3.ex.de elect.Decius in con.151.

Deciſio CCXXIII.

Cardinalis non niſi maxima & iuſtisſima cauſa deponi à Papa poteſt, quo niam Cardinalatus iuris diuini eſt, vt ſupra diximus, & quæ iuris diuini ſunt, abſq; grauisſima & potentisſima cauſa alterari non poſſunt, adnot. in l. fin.c.ſi contra ius, vel vtilita.public.& in c.quæ in eccleſiarum ex.de conſtit. & hoc approbat Iaſ. in cõſ.145.in.1.vol.Barb.eo loci in baſ.6.quæſt. Hiero. Alban.de Card.amplè q.42.in verſ.26.

Deciſio CCXXIIII.

Habent DD. Cardinales priuilegiũ conceſſum à Nicolao.IIII.vt in bulla conceſsionis eiuſdẽ manifeſtiſsimè apparet, quo eiſdem medietatẽ fructuũ bonorũ eccleſiæ conceſſam eſſe diſponitur, q; etiã ſentit Fir.in ſuo repertorio, in verbo Card.dum ait eos medietatẽ fructuũ ſedis Apoſtolicæ habere.

Deciſio CCXXV.

Cardinales Legati, mare tranſeuntes vtuntur veſtibus rubeis, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis, & ſine literis eis creditur aſſerentibus ſe Legatos ſedis Apoſtolicæ, Gondiſ.de poteſt. eccleſ.in.13. quæſt. num. 60. Corſet.in repertorio ad Abbatem in verbo Cardinalibus, Iacobat. de concil.lib.primo fol.39.abundè.

Decisio CCXXVI.

Cardinalis legatus habet iuriſdictionẽ etiã in exẽptos, quod non habet alius Legatus, niſi à Papa hoc illi de ſpeciali gratia cõcedatur, & ideo elect. Epiſcoporũ, & aliorũ exemptorũ confirmare poteſt, quod alius Legatus facere nõ poteſt, niſi ſpecialiter hoc ſibi cõcedatur, Gondiſ. de poteſt. eccl. q. 13. nu. 67.

Decisio CCXXVII.

Cardinalis Legatus abſoluere poteſt excommunicatos pro violenta manuũ iniectione etiam enormi, quæ ſedi Apoſtolicæ reſeruata extaret, & tam in prouincia ſibi decreta, quàm extra; & tam in ſubditos, quàm in extraneos, alii autem non poſſunt, Gondiſ. de poteſt. eccle. quæſt. 13. num. 68. & poteſt etiam Cardinalis Legatus cõferre beneficia propter prerogatiuam ſuæ dignitatis, quod tamen alius non poteſt, & plurima etiam habent priuilegia Cardinales Legati, quæ in hoc libro non tractantur, de quibus amplè per Barb. lib. de Card. Legatis, & per Boetium de Legatis.

Decisio CCXXVIII.

Offenſores Cardinalium ſanctæ Rom. eccleſ. ſociiq; opem ferentes, mandantes, & conſilium dantes, ratum habentes, atque eorundem receptatores pœnis xix. plectuntur. Prima ſunt infames, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. Secunda ſunt diſſidati, & banniti. Tertia inteſtabiles ſunt actiue & paſſiue. Quarta cuncta eorum ædificia dentur in ruinã, vt nullo vnquam tempore poſſint reparari. Quinta amittunt credita, quæ habent contra debitores, quos in iudicio conuenire non poſſunt. Sexta bona eorum confiſcantur. Septima amittunt feuda, locationes, officia, tam temporalia, quam & ſpiritualia. Octaua filii & nepotes illorũ priuantur dignitatibus adeptis, & adipiſcẽdis. Nona filii etiam priuantur aſcendere ad dignitatem eccleſiaſticam, & ad alicuius loci regimen. Decima non poſſunt eſſe aduocati, notarii, iudices, nec aliud miſterium, ſeu officium pub. habere. Vndecima nõ poſſunt eſſe teſtes in iudicio. Duodecima non poſſunt etiam aſcendere ad ordines, nec ad officium, vel beneficium eccleſiaſticũ. Decimatertia priuantur omnibus legitimis actibus. Decimaquarta excõicationis maioris incurrunt pœnas. Decimaquinta ſingulis diebus feſtiuis pulſatis campanis, candeliſq; accenſis per omnes eccle. in quibus facinus fuerit attẽptatũ publicè nuncientur, & oſtendẽtur, nec ab alio quàm Rom. Põtifice abſolutionis beneficiũ obtinere poſſint, niſi in articulo mortis. Decima ſexta, cũ venerint abſoluendi idoneã caueãtque inferendis pœnis parebunt, & penitẽtias peragent iniungẽdas. Decima ſeptima, per omnes eccl. principales loci offenſionis, vicinorũq; etiã locorũ diebus Dominicis, & ſolẽnibus incendãt nudi corã populo femoralia tantũ habẽtes, ac ferulas ferrẽtes in manibus, cũ quibus per eaſdẽ eccl. publicè fuſtigẽtur. Decima octaua debẽt ire vltra mare acturi pœnitẽtiã per tres annos ad minus, ob tale ſcelus in perſona DD. Cardinaliũ, nec inde reuerti poſſunt

ſi... ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ. Decimanona, & vltima, Si Papę videbitur, poterit etiam dictas penas extendere ad collacterales.i. ad fratres, nepotes ex fratribus,& pronepotes, de quibus omnibus amplè per Franciſc. Plateam de excomm.in §.33.ibi de inſecut.Card,tract.lib.3.

DE TITVLIS.

Deciſio CCXXIX.

CArdinalis ſine titulo eſſe poteſt,Gondiſ.de poteſt.eccle.in.3. quæſt. nu. 4.vbi dicit hoc contigiſſe P,etro Columnę, qui exiſtens, diu ſine titulo vocabat ſe ſanctæ Rom, eccleſiæ Cardinalem, donec adeptus fuit titulum ſancti Angeli, quem obtinuit ante de eo factam de poſitionem,nam primò fuerunt Cardinales,quàm tituli eſſent eis aſsignati,& ideo quandoq; dicuntur ſimpliciter Cardinales.

Deciſio CCXXX.

Olim Epiſcopus, qui non erat Cardinalis non aſſumebatur in titulum Præsbyteralem Cardinalatus,hodie aliter obſeruatur,Gondiſ. eo loci nu.5.

Deciſio CCXXXI.

Epiſcopi Cardinales non denominantur per titulum, ſed ſimpliciter; Præsbyteri autem Cardinales ſic, ſolus tamen Cardinalis Baſilicæ.XII. Apoſtolorum,quãuis ſit Præsbyter ſine titulo denominatur, quòd etiam eſt in Diaconis Cardinalibus,Gondiſ.de poteſt.eccle.in.3.quæſt. num. 3. Cardinalium etiam titulos omnes ponit Petrus à Monte, in Monarchia conciliorũ in titu.de Cardinalibus num.2.& Alb.in rub.de ſtat.hom.Specul.de lib. concep.in §.item videndum circa principium.

Deciſio CCXXXII.

Cardinalis,qui in titulo ſuo non reſidet, deponitur à Papa cum conſenſu Concilii Ioan.de Anan. in.cap. ex geſtis de cleric. non reſiden. numero primo &.12.

Deciſio CCXXXIII.

Modum ſcribendi cum titulo ad D.Cardinalem tradit Abbas Sicul.in.c. ex geſtis de clerīc.non reſid.Laud.de Card.in.2.q.90.

Deciſio CCXXXIIII.

Epiſcopus promotus in Cardinalem poteſt retinere in titulum Cardinalatum,& Epiſcopatum Laud. de Cardinal. in. 2. quæſt. 42. Barbat. amplè de præſt.Cardinal.in.12.quæſt.Baſil.princip.

Deciſio CCXXXV.

Cardinalis poteſt etiam in titulum eccleſiam parrocchialem, quam habet retinere,& ſimilia beneficia,quæ non vacant per promotionem in Cardinalatũ,Barb.eò loci quæſt.12.num.10.vbi latè.

Deciſio CCXXXVI.

Epiſcopi Cardinales non poſſunt eſſe ſine titulo,Hoſtien.in c. coram de

elect. & in c. his qui de maior. & obed. ſed Præsbyteri Cardinales dicuntur habere titulum, c.dilectis de ſuppl.neg.prælat. Cardinales Diaconi poſſunt eſſe ſine titulo, Laud.de Card.in 2.q.89.ſed ſcribuntur à Diaconiis, vt amplè etiam capi.deciſ.120.num.7.

DE POTESTATE IN ARDVIS.

Deciſio CCXXXVII.

PApa de poteſtate ordinaria, ardua negocia exercere debet cum conſilio DD.Cardinalium, Io.Mon.in c.ſuper eo, & ibi Francin.nu.3.de hæret.Archid. in c. ſunt quidam.25.q.2.& in c.redemptor.12.q.2.Felin.in c.fin.in.§.1.de off.deleg.& in c.1.de probat.Card.in conſ.250.& in c. perpendimus de ſent. excom.Bal.in l.cũ multa.C.de bonisq; lib. Card.Alex.in c.per venerabilem in.§.rationibus ex.qui fil.ſint legit.Aret.in l.2.ff.ſol.mat.Anchar.in conſ.295. Iaſ.in l.placet.C.de ſacroſanct. eccleſ. Hoſt. & Io. An.in c. antiqua de priuil. Specul.in tit.delegat.in.§.qualiter in fine, Socin.in conſ.95.vol.3.Aluarot. in c.1.Epiſc.vel Abbat.in feudis, Laud.de Card.q.2.& in 2.q.36.Barbat.de præſt. Card.q.2.princip.& in conſ.xl.uol.4.Card. Zabare. de ſciſm.num.99. vſque num.113.tract.lib.18.Iacobat.de concil.lib.1.fol.39.lit.c.& d. De abſoluta verò poteſtate Papa omnia quantumcunq; ardua expedire poteſt ſine Cardinalibus, Alb.de Roſ.in rub.C.de leg. Ioan. de Anania in c. firmiſsime ex. de hæret. Firm. lib.de epiſ.in 4.par.primi lib.q.36.Laud.eo loci in 2.q.45.Barb. in conſ.1.uol.1.Card. Alex.in c.in iſtis diſt.4.& in rub.xi. diſt. Decius in rubr. in 2.lect.ex.de conſt.Et nos in Pontificia, atque Cardinalatus poteſtate alias publicè in ſtudio Bononienſi de iure reſpondentes, inter cæteras concluſiones à nobis diſputatas, hanc per vtrum poſuimus, in qua nobis duobus ſcolaribus per arduas rationes, & fundamenta, in vtrãque partem argumentantibus reſpondidimus ſub fœdere diſtinctio.videlicet, de ordinaria, ad abſolutam, & econtra, ſcilicet vt ex ordinaria poteſtate Papa debeat, in arduis Cardinalium vota requirere, de abſoluta autem, & plenitudine poſsit ſine ipſis, quam diſtinctionem, tunc probauimus pluribus rationibus, & argumentis in pleno auditorio, Hinc dicit Iaſ.in l.fin.C.de diuer.reſcrip.Papam Vrbanum Oratoribus Peruſinis, qui pro negociis ciuitatum venerãt reſpondidiſſe negocium illud Conſiſtoriale eſſe, & cum Cardinalibus explicandũ, quia hæc à ſolo Pontifice expediri non poterant, & idem tenet Abbas in q. incip. Epiſc.col.vii.& hac de re Benedictũ xi. ſtatuta quædam ſuſpenddiiſſe, inquit Ioã.Mon.in d.c.ſuper eo, quæ Bonifacius Papa ſine conſilio Cardinalium confirmauerat.

Deciſio . CCXXXVIII.

Papa ſolus non deponit Cardinalem ex ordinaria, & condecenti poteſtate loquendo, Hoſt.in c.ex geſtis de cler.non reſid. Barb. de præſt.Card.q.8. Baſilic.prin.de abſoluta autem poteſt, Laud.q.78. in 2. & ideo in alienatione

rerum

Cardinales præſentes non poſſunt eligere Papam in abſentia Cardinalium, quæ nullo modo venire poſſunt ad locum, in quo electio celebranda eſt, Fran.de Platea, de excommun.§.51.num. 5. tract.lib.3.& ſub num. 6. vbi quærit an Cardinales præſentes poſsint eligere Papam, ſi ſint pauciores tertiæ partis, & ſub nu.7. reddit rationem quare in conclaui duos ſeruos habere debent.

Deciſio CCLXXV.

Cardinales Papa in mari defuncto ad eligendum in ciuitate viciniori conuenire debent, Franciſ.de Platea libr.de excommunicat. d.§. 51.num.10. & ſub num.8. dicit quod propter infirmitatem poteſt Cardinalis ſuæ voci renunciare, & rediens admittitur ad electionem, & num.12. inquit idoneum à Cardinalibus eligendum eſſe, & num. 13. vbi etiam de in literis non erudito electo loquitur.

Deciſio CCLXXVI.

Cardinalis ſuperueniens in conclaui tenetur ſuſcipere vitam eorum, qui ſunt in loco incluſi habentium panem & aquam, Franc.de Platea, eo loci numero 9.

Deciſio CCLXXVII.

Electio Papæ facta à Cardinalibus in ciuitate interdicta, valida eſt, Franc. de Plat.d.lib.de excom.§.51.num.11.

Deciſio CCLXXVIII.

Electio de Pontifice metu facta non valet not.in c.licet ex.de elect.& amplius rata haberi non poteſt, Bald.in c.quiſquis de elect. Franc. vbi periculum, Iaſ.in l.qui aliena. in §.celſus num.25. ff. de acq. hæred. Alba. eo loci q. xvi.in 2.col.vbi late, Gond. de poteſt.eccleſ.num.28.& 29.

Deciſio CCLXXIX.

An in vocibus duarum partium computanda ſit vox electi, adeo vt is ſeipſum eligere poſsit, Abbas dicit in c.licet, aut per Scrutinium occultum proceditur, & tunc talis electio non valet, quia ſe ipſum eligens ambitioſus eſſe videtur, aut per Scrutiniū apertum, vel per acceſſum tractatur electio, & iſto caſu de ſe ipſo non prohibetur electio, idem Abbas in c.cumana & in c. cum in iure co. tit.& in conſ.xxv.in 2.vol. Contrarium tenet gloſ. in diſtincte in d.c.licet in verſ.à duabus partibus, & ibi Decius, & cum hac ſecunda opinione tranſit Alb.lib.de Card.q.xviii.

Deciſio CCLXXX.

Cardinalis iuſto impedimento detentus vices ſuas alteri in electionem

Papæ

Papæ demandare poteſt, Alb. eo loci quæſtio.xix.

Deciſio CCLXXXI.

Poſſunt eligere Cardinales per ſcrutinium apertum, occultũ, vel per acceſſum pro libito earum voluntatis, Alb.d.loco quæſt.20.

Deciſio CCLXXXII.

Valet pactio facta inter Cardinales, qua conuenitur electionem Papæ à maiori parte factam valere, Archid.in.c.vbi periculũ, & in.c.ſi trãſitus.diſt. 79.gloſ.in.c.ſi cui de elect.in.6.Alb.eo loci,q.21. & poſsũt etiã ſtatuere quod electus à minus q̃ à duabus partibus ſit Papa, Iacobat.de conc. lib.3.fol.169. col.2.l.c.

Deciſio CCLXXXIII.

Quare ſit, quod Cardinales, qui poteſtatem non habent Pontificiam, eã in electum à duabus ipſarum partibus transferant pulchrè tradidit Alb.q. 22.Cardinaleſq; ex conſenſu cleri Romani quæſiuerũt ius eligendi Papam, Iacobat.de concil.lib.1.fol.44.col.1.l.B.

Deciſio CCLXXXIIII.

Si omnes Cardinales conueniant etiam cum iuramento, vt quis eorum ad Papatum erit aſſumptus non poſsit Cardinales creare ſine aliorum conſilio, bona eccleſiæ infeudare, & alia ſimilia ardua facere, quæritur an conuentio valeat Sicul.in conſ.1.in.1.vol. ex pluribus tenet quod nõ, quem etiã abũdè ſequitur Alb.de Card.q.36.tamẽ decidit per plures autoritates quod quando Papa indignum Cardinalẽ promoueret, vel bonis eccleſiæ abuteretur, tunc cõuentio eſſet cum iuramento ſeruãda, & plures citat autoritates.

Deciſio CCLXXXV.

Si duo electi ſint in poſſeſsione Papatus, & eorum quilibet ad Cardinales ſpectat pro ſedanda ſciſmate conuocare concilium, Card.Zabar.de ſciſmat.nu.20.tract.lib.18.vbi dicit q̃ ad Cardinal.omnia ptinet exercere, quæ ſunt ad electionẽ cõſequutiua, & citat iura, & nu.71.ait quod donec congregatur concilium habet prouidere ſuper his, per quæ facilius peruenitur ad concilii congregationem, & cõſequenter ad vniẽdam eccleſiam, & idem Petrus à Monte in monarchia cõciliorum in.§.poſtquam in verſ.ſi vero nu.3.& 4.Iacobat.de concil.lib.3.fol.126.col.2.& fol.125. vbi latè, & fo.& 160.ait, quis congreget concil.1.lit.c.

Deciſio CCLXXXVI.

Cardinalis ſolus in conclaui an ſe ipſum eligere poſsit, Abbas in.c.gratũ de poſt.prælat.dicit quod non. Contrarium tenet in.c. licet in fine de elect. in.6.vbi dat remedium, vt is totius ſacri collegii nomine, alteri eligendi poteſtatem demandat, qui tanquam compromiſſarius eundem eligat; & dicit Alb.eo loci,q.24.ex pluribus, quod opinio vltima Abbatis ſolũ procederet, quando vnus ſolus in conclaui aliis exeuntibus, vel abſentibus eſſet, ſecus

aliis

aliis mortuis, excepto ſe ſolo, idem tenet Laud.de Cardinal.in primo q.24. tamen Alban.eo loci, in hoc pronunciato non firmat pedem, ſed ſub dubio tranſit, vt per eum.

Deciſio CCLXXXVII.

Mortuis omnibus Cardinalibus, ꝙ DEVS ſemper auertat, ad quem ſpectat electio, Hoſtien.in d.c.licet refert duas opiniones; vna eſt opinio, vt ad clerum Romanũ ſpectat electio; altera vt ad concilium. Prima opinio ſecundum eum eſt equior. Secunda iuſtior; Abbas ſentit pro prima in d.c.licet, & idem Imol.in clemen.ne Romani eo.tit.ob difficultatem ad cõgregandum totum concilium, Alb. tenet quæſt.25.ꝙ ſpectat electio ad cõcilium, & hoc quando facilis eſſet congregatio concilii, vbi autem eſſet difficilis, tenet cũ Hoſtienſe, & dicit quod ſpectat electio ad canonicos Lateranẽſes, quoniam illa eſt eccleſia Cathedralis Papæ, & dicit Bald.in l.vbi abſunt.ff.de tut. & curat.datis ab his, quod Cardinalibus mortuis electio ad Patriarchas pertinet.

Deciſio CCLXXXVIII.

Si Cardinales in eligendo Papam negligentes eſſent, forte, quia conclaui ingredi recuſarent, vel ingreſſi diſcordes exirent, compellendi ſunt ad electionem à cuſtodibus conclauis, ſed impulſus verbis tantum eſſe debet, & non aliter, Imol.& Cardinal.Zabar.in clemen.ne Romani de elect.in.6.& in tract.de ſciſmat.nu.40.Alb.quæſt.26.

Deciſio CCLXXXIX.

Si vna pars DD.Cardinalium recuſaret ingredi conclaue, vel eſſet negligens, an illa DD. pars compelli debeat, Alban. eo loci quæſt.28.tenet quod non, & citat plures rationes inquiẽs Cardinales conclaue ſine cauſa ingredi nolentes, ſe ipſos à ſuffragiis excludere.

Deciſio CCXC.

Cardinales nonnullos, qui clauſo conclaui poſt modum exiunt, aliqui dicunt compelli debere ad redeundum, quia clemen.ne Romani Cardinales exeuntes non excuſat, niſi in caſu ægritudinis; ideo ſi cauſa deſit, eos poſſe compelli videtur, & hoc ſuadetur, quia ſi ingrederentur facile poſſent alios in ſuam ſententiam flectere, & ſic meliorem fortaſſe electionem facere, cum à pluribus fiat, iuxta cap.prudentiam ex.de off.deleg. Contrariũ dicendum videtur per textum in d.c. vbi periculum in.§. ſane, vbi dicitur conclaue ingredi abutentes, & ſine cauſa de illo exeuntes, non ſolum vocibus ſuis priuari, ſed nec ad electionem etiam, ſi id ſummopere affectarent, iterum admitti poſſe, ad idem eſt gloſ.in verſi.omnes in.§. porro vbi in tali caſu ait penes eos tantum, qui in conclaui remanſerunt hoc eligendi ius prorſus reſidere, nec dici poſſet d.§. ſane per d.clem.ne Romani correctum eſſe, & hanc partem tenet Alb.eo loci quæſt.28.in.2.col.quo in loco egregiè plures rationes adducit.

Deciſio

Deciſio. CCXCI.

Quæro ſi omnes de conclaui exirent, aliqui vero, vel vnus eorum tantum reuerteretur, an reuertentes, aliis nõ expectatis Papam eligere posſint, gloſ. in cap. vbi periculum in. §. porro tenet partem affirmatiuam, quando il li qui exiuerunt, nullam iuſtam execundi cauſam habuere, & idem quoq; dicendum videtur quando exeuntes iuſtam cauſam habuiſſent, puta propter infirmitatem, tunc penes alios reuertentes ſolos ius eligendi reſidet, vt colligitur in d. §. cum gloſ.

Deciſio CCXCII.

Cardinales prætextu metus exeuntes, ſicuti vrbani temporibus factum eſſe legitur, aliqui dicunt hunc caſum in iure deciſum non reperiri, alii vero aiunt ſublato metu, qui citius redirent, aliis deinde congruo tempore expectatis, eligendi poteſtatem habere, intra quod tempus metu abiecto regredi potuiſſent, & hanc ſententiam ſequutus eſt Alb. eo loci q. 27. in fine.

Deciſio CCXCIII.

Papa à DD. Cardinalib. alibi quàm Romæ eligi poteſt, quia locus de electionis eſſentia non eſt, Domin. & Gomè. in. c. vbi periculũ, Alb. eo loci. q. 29.

Deciſio CCXCIIII.

Cardinales Papa viuente, & eius conſenſu de ſucceſſoris electione pertractare poſſunt, vt habetur in. c. ſi tranſitus, diſtin. 79. alias qui abſq; conſenſu Papæ tale quid ageret, crimen læſæ maieſtatis incideret, vt pulchre tradit Alb. eo loci. q. 30.

Deciſio CCXCV.

Papa etiam de conſenſu DD. Cardinalium ſibi ſucceſſorem eligere non poteſt, Laud. de Cardinal. quæſt. 20. & 39. Gomeſ. late in cap. 1. nu. 62. vſque num. 70. ex. de conſt. & latius Alb. de Cardinal. quæſt. 32. quo in loco iura rationes, & autoritates in partem negatiuã plures citat; quæ videantur, & q. 33. vbi nec alteri facultatẽ eligẽdi ſibi ſucceſſorem cõcedere valet, dicẽs quòd poteſtas eligendi à Cardinalibus auferi non poteſt, quinimo nec à concilio generali, vt in alterum poteſtas eligendi Papam transferetur eo loci q. 34.

Deciſio CCXCVI.

Depoſito Papa, inuitis Cardinalibus concilium Papam eligere non poteſt, quoniã quoquomodo ſedes vacua ſit, ſemper electio Cardinalibus cõ petit, Abbas in. c. licet in vltimo not. de elect. Hier. Alb. lib. de Cardin. q. 35. qui ex pluribus hanc tenet partem.

Deciſio CCXCVII.

Si duo Cardinales nominãtur à duabus Cardinalium partibus, & in Pontifices eligunrur, quòd contingere poſſet, puta, quia Cardinales in eadem cedula plures nominauerint, & ſic duo in ſcrutinio eſſent æquales; qui eorũ prior in cedula ſcriptus reperitur, præferri debet, & Pontificatum adipiſci,

ſic

ſic decidit Alb.d.lib.de Cardinal.quæſt.30.

Deciſio CCXCVIII.

Cardinalis in electione Papæ in præſentia aliorum DD. Cardinalium voci ſuæ renunciari non poteſt, Hoſtien.& Io.Andr.in.c.cum pridem ex. de renuncit.Laud.de Cardinal.quæſt.37.contrarium tenet Gondiſ. de poteſt. eccleſiæ num.27.

Deciſio CCXCIX.

Cardinales potius debẽt eligere vnum de collegio in Papam, quàm aliũ extra, dummodo idoneus ibi reperiatur, & hoc licitum eſt facere etiam, ſi extra magis idoneus reperiretur, Gondiſ.de poteſt. eccleſ. num.31.qui dicit etiam quòd ſufficit eligere vnum de collegio, qui idoneus ſit, licet alius magis idoneus ibi reperiatur, & iſta idoneitas nõ debet cõſiderari ſimpliciter, ſed ſecundum quid.i.quantum ad eccleſiæ regimen, & gubernationem.

Deciſio CCC.

Cardinales debent pro viribus elaborare ne in electione eius, qui ſupra omnes cõſtituitur, erretur, alias male eligentes, cùm ſint in culpa, ſibi attribuunt, quidquid electus in male adminiſtrando cõmiſit, & ideò in Papam eligendus debet cunctos cæteros charitate, ſcientia, ſanctitate, conſtantia, & diſcretione præcellere, & ſi omnes hæ qualitates in vno non reperiuntur, ſed vnus vnam, alius aliam habent, eligẽdus eſt, qui haberet qualitates, quæ magis neceſſariæ ſunt ad eccleſiæ gubernationem, ita dicit Gondiſ. de poteſt.eccle.num.30.

Deciſio CCCI.

Cardinales cauere debent, ne in tali loco ad electionem conueniant, vbi non habeant plenam eligendi libertatem, quia electio debet eſſe libera, Gondiſ.de poteſt.eccle.num.27.& 28.

Deciſio CCCII.

Cardinales eligentes Papam, etiam ſi ſint excommunicati, vel alias inhabiles, non propter hoc vitiatur electio, Gondiſ.de poteſt.eccle.num.25.qui dicit etiam quòd ſi Cardinales ſint negligentes in eligendo Rom. Pontificem, ad nullum alium illa poteſtas deuoluitur, quia iure non reperitur expreſſum.

Deciſio CCCIII.

In electione Papæ acceſſus habet locũ pendente ſcrutinio, & dicitur pendere, donec de conſenſu Cardinalium fuerit ruptum, vel ad alios actus diuertant, ſecus tamẽ in aliis electionibus, & ipſemet, qui electus eſt in Papam poteſt recedere à voce, quam dedit alteri, & accedere ad electionem de ſe factam, vt perueniatur ad illas duas partes, Gondiſ.de poteſt.eccle.num.24. dicitq; etiã quòd quilibet Cardinalis poteſt ĩ electione nominare tres, & quilibet nominatus. vnã vocẽ acquirit, ita quòd hac voce cõputata, ſi habuerit

duas

duas partes obtinebit, ſi tamen hac voce computata, quilibet nominatorum habeat duas partes, tunc primò nominatus obtinebit, vt ad illas duas partes commodius perueniri posſit, optima eſt practica, quòd Cardinales ordinent inter ſe, quando conuenirent ad electionem, quòd valeat electio facta à maiori parte, nã tunc electus à maiori, cenſebitur electus ab omnibus, ſic inquit Gond.eo loci num.23.in verſ.ad hoc.

Deciſio CCCIIII.

Papa in vita poteſt tractare cum Cardinalibus de eligendo ſucceſſore, & nominando perſonam, quæ ſibi apta videtur, atque Cardinales de conſenſu Papæ in communi inter ſe poſſunt tractare de electione Rom.Pont.dummodo non deliberent de perſona, nec pactis, vel promisſionibus ad certum quid ſe obligent, Gond.de poteſt.eccleſ.num.20.& nu.22. & dicit quòd non licet paciſci ſuper electione Papæ, tamen ſi iuſta de cauſa hoc facerent, talia pacta valerent, neque paciſcentes punirentur.

Deciſio CCCV.

Olim tractatus electionis vſq; ad tertium diem poſt mortem Papæ differebatur, hodie tamen ſtatim poſt mortem ipſius tractatum facere licet, Gond.eo loci num.23. qui dicit etiam quòd electio Papæ eſt ab omni forma iuris exempta, ſufficit enim, quòd à duabus partibus Cardinalium ſit aliquis nominatus.

Deciſio CCCVI.

Olim per Papam data fuit poteſtas eligendi Romanum Pontificem Imperatori, & hoc factum extitit ad reprimendum inſultus hæreticorum, & ſciſmatorum, hodie autem Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ indiſtincte ſibi Papam eligunt ex conciliorum autoritate, Gondiſ. de poteſt.eccleſ. num.18. & eò loci dicit quòd imperatores poſtea renunciauerunt omnibus priuilegiis ſibi conceſsis ſuper d.electione, & Ludouicus Imperator hanc facultatem Romano Pontifici conceſsit, atque in eum tranſtulit.

Deciſio CCCVII.

Cardinales Papam ſorte eligere non poſſunt, Bald. in l.ſi duobus col.3. in verſ. ſed nunquid electio Papæ C.commun. de legat. & ibi Iaſ. idem Iaſ. in l. huiuſmodi in.§.is cui ff.deleg.1.Archid.in c.ſors xxvi. q. ii. & dicit Cardin.in c.licet cauſam col. fin. ex. de probat. in beneficialibus ſorti locum non eſſe Felin.in c.capitulum col.fin.de reſcrip.& in d.c.licet, de probat.notat.abundè Iacobat.de concil.lib.3.fol.179.in verſ.ſimiliter.

Deciſio CCCVIII.

DD. Cardinales ſede vacante non deputant Eccleſiæ Romanæ Viſitatorem, quoniam penes collegium remanet talis poteſtas. Cardinal.

Zabar.d.libro de ſciſmat.num.xxii.& xxiii. qui dicit, quòd tamen ſi videretur collegio deputare Vicarium,ſiue adminiſtratorem ſede vacante,vt facilius expediantur ea, quæ imminent pro electione Papæ hoc poſſet,inquiens etiam collegium poſſe præperatoria ad electionem, pulchrè Iacob.de concil.lib.3.fol.168.col.1.lit.B.in verſ.poſſent etiam,præſertim quando duo contendunt inter ſe de Papatu,vt ibi.& fol.161.

Deciſio CCCIX.

Collegii DD.Cardinalium poteſtas, circa electionem Pontificis limitari non poteſt,ſicuti limitantur inferiora collegia c.fin.ex.de ſupp.neglig.prælat.quoniam collegium non habet ſuperiorem, ad quem recuratur.c. licet in fine de elect.in 6.ita dicit Zabar.d.lib.de ſciſm.num.26.

Deciſio CCCX.

Quando collegium Cardinalium eſt diuiſum, & non concordet in conuocando concilium pro ſcedanda ſciſmate,cum inter duos contentio eſt de Papatu,vel cum ſimili eminenti periculo,conuocatio pertinet ad Imperatorem lxv. diſtinct. cap. fin. Zabar. eo loci de ſciſmat. num.27. qui dicit quòd conuocatio coocilii olim fiebat ab Imperatore,quæ poſtea reſeruata eſt Papæ,quo deficiente,ſeu non conuocante,deficientibus his,qui ſuccedunt loco Papæ, ſcilicet Cardinalibus non conuocantibus, reuertimur ad ius priſtinum, & ſic ad Imperatorem, & citat ibi num 29. plures rationes,idem inquit Petrus à Monte in Monarchia conciliorum in §. poſtquam in §. ſi vero numero 5.

Deciſio CCCXI.

Supra dictum eſt Cardinales compelli ingredi conclaue,poſtquàm vero ingreſſi ſunt compelli poſſunt ad electionem Papæ, indirectè videlicet per ſubtractionem victualiũ, ita ex pluribus tradidit Zabar. in libro de ſciſmat. num.40.41.42.dicens quòd poſtquam ingreſſi ſunt in conclaui, ita poſſunt compelli expedire electionem per ſubtractionem victualium, ſicuti ab initio cogi poſſunt ad ingrediendum.

Deciſio CCCXII.

Collegium DD. Cardinalium, in his quæ concernunt Papæ electionem, repræſentat vniuerſam eccleſiam,eiuſque vice fungitur,lxxiiii. diſtin. c. nullus Zabar.de ſciſm,num.71.tract.lib.18.

Deciſio CCCXIII.

Cardinales omnes tenentur omni conatu proſequi,vt acceleretur vtilis, & per neceſſaria totius mundi prouiſio,idoneo celeriter eccleſiæ ſponſo da

to,ſic

ro, ſic inquit Zabar.d.lib.de ſciſmat.num.241.citans plures concordantes.

Deciſio CCCXIIII.

Si in arduis, & magnis negociis diſcordia ſit inter Papam, & Cardinales, tunc oportet congregare concilium generale, quod ſedabit contentiones inter Papam & Cardinales, vt probatur actorum cap. xv. ibi quod cum eſſet diſcordia, an oportet conuerſos ad fidem Chriſti circundi, quibuſdam aſſerentibus quod ſic, quibuſdam è contra, miſſum eſt ad Apoſtolos & præſbyteros Hieruſalem, & ſuper hoc conuenerunt Hieruſalem Apoſtoli & ſeniores, & facta eſt magna inquiſitio, & illud quod placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni eccleſia fuit ſancitum, ſic pulchrè explicat Zabar. libro de ſciſm.num.104.

Deciſio CCCXV.

Cardinales eum qui Pontificatum per vim adeptus fuerit extrudere poſſunt, idem ſi eundem locum largitione aliqua, aut corruptela occupaſſet, Iacobat.in tract.de concil.libro 3.artic. quis congreget concil.folio 147.lit.D, in fin.

Deciſio CCCXVI.

Pontifice ab hoſtibus capto, vel furioſo, aut ſtulto effecto, aut quouis alio modo inutili reddito Cardinales ſummum ſacerdotium adminiſtrare debent, quoniam hoc caſu propter vrgentem neceſſitatem in totam iuriſdictionem ſuccedunt, Hoſtien.in c.ad liberandum de iudi.Cardin. Iacobat, ſummi vir ingenii atque ſapientiæ, de concil.lib.4.tit.de Papa capto fo.209. art.3.col.2.& 3.lit.C. vbi dicit quod ſi Cardinales non ſuccederent, interim eccleſia pateretur, & fol.209. eſſet inquit eccleſia ſine adminiſtratore nauis, & magnum à fluctibus immineret periculum.c.vbi periculum de elect.cum ſimil.

Deciſio CCCXVII.

Cardinales in interregno locum tenent mortui Pontificis.c.ſi quis pecunia diſt.79.Iacobat.de Papa capto iiſdem locis lib.4.fol.206.lit.B.

Deciſio CCCXVIII.

Cardinales in facto proprio vice Metropolitani funguntur.c.in nomine domini 23.diſt. Iacobat.fol.207.lit.D.in fin.

Deciſio CCCXIX.

Pontifice inutile reddito vnus ex Cardinalibus eligi debet, cui eccleſiæ adminiſtrandæ onus demandetur, tam in his quæ ad ſpiritum pertinent, quam in iis quæ ad corpus, Iacobat.tract.de concil.libr.4.tit.de Pap.inutili fol.214.lit.B.capto autem ab hoſtibus Pontifice, ſi voluntas illius intelligi nō poſſit, & controuerſia ſit inter Cardinales conciliū conuocandū eſt, vt adminiſtrator in eccleſia eligatur, Iacob.ibi.fol.219.lit.B. Et poſtquam electus fuerit geſta ab eo vim omnē habere debent, ſicuti ſancitū legimus anno Chriſti 1521.

tempore Adriani Pontificis. Nam cum is abeſſet mandarunt Cardinales auditoribus rotæ, vt ius redderent. Conſtituerunt etiam tunc temporis munus illud, quod ſignaturam appellant in hæc verba. Placet ſacro Cardinalium collegio, vt Iacobat. ibidem refert fol.217.lit.A.col.1.

Deciſio CCCXX.

Corpore male affectum, aut mancum Cardinales eligere minime debent, neque electum priuare, & eo minus vitio ſuperueniente, idem ſi à Dæmone opprimeretur, ibidem Iacobat.lib.4.de Pap.inuti.fol.219.col.1.

Deciſio CCCXXI.

Cardinalis per Simoniam Pontifex factus amoueri poteſt, Iacobat.lib.4. de concil.tit.de Simo.elect.Pa.art.4.col.1.lit.A.fol.231.

Deciſio CCCXXII.

Electio ſi metu à Cardinalibus extorta fuerit non valet, Iacobat. de concil.lib.4.tit.de impreſ.elect.fol.252.vbi amplius dicit, quod ſi Cardinales aliquem concordisſimi eligerent, neque populus eo contentus eſſet, & rumorem excitaret, præſumendum eſſet electionem huiuſmodi impresſiuam fuiſſe, quamuis ſi Cardinales affirmarent ſe ſponte elegiſſe illis credendum eſſet, nam hoc caſu præſumitur populum nequitia ductum exclamaſſe, quid ſi Cardinales etiam fatentur impresſiuam eſſe electionem, ſeq; metu compulſos? vide ibidem Iacobat.fol. 252. vbi concludit quod Cardinalibus non creditur, niſi appareant ſigna veriſimilia, & maxime notoria.

Deciſio CCCXXIII.

Cardinales crimen Simoniacum admittentes dignitate ipſa priuari poſſunt, Anc.& Imol.in c.licet, de electi gloſ.in c.ſi tranſitus, & c.ſi quis pecuniam.79.diſt.Iacobat.de impreſſi.fol.255.lit.B.in fi.

Deciſio CCCXXIIII.

Electio à Cardinalibus abſque ſuffragiis facta, vel modo adhibito, valet poſt ingreſſum, etiam nondum clauſo conclaui. Aegid.in c.licet pag.16.de elect.lib.6.Iacobat.de impreſ.elect.lib.4.art.4.col.1.lit.D.

Deciſio CCCXXV.

Cardinales omnes ſi extra conclaue domi ſuæ manentes vota ſua notario dederint, & in aliquo conſenſerint, an valeat electio, Aegid.in cap.licet, pag.16.vbi dicit quod electio non valet, tamen hoc caſu concilium cogendum eſſe, vt de ea decerneret Cardinal.in clemen.ne Romani.quæſt.7. dicit quod ſi omnes Cardinales ante ingreſſum conclauis diuino afflati numine concordes eſſent, atque eligerent etiam diebus x. non expectatis, quibuſdam ex Cardinalibus abſentibus valere electionem, Iacobat.abunde de concil.fol.257.verſ.ſed qui Cardinales col.1.lit.C.

Deciſio CCCXXVI.

Si poſt impresſiuam electionem Cardinales electum receperint, eumq;

de more

de more in ſolio ſtatuerint,atq; diadema ei impoſuerint, & obedierint, vt vero Pontifici,nunquid purgatum ſit vitium electionis,Iacoba. ibidem fol. 255.lit.C.col.1. vbi pluribus verbis concludit non valere,Bald.in c.quiſq. de elect.vbi dicit quod ſi Cardinales aliquem elegerunt per metum, ſi poſtea eum dignitate priuare voluerint non illis hoc conceditur.

Deciſio CCCXXVII.

Vtrum poſtquam metu,aut dolo malo electus fuerit Pontifex,receptus, corona exornatus,obedientia præſtita,ſi hæc omnia inquam corrupta fuerunt,Cardinales meticuloſo egreſsi loco poſsint autoritate propria,abſque cauſæ cognitione ab obedientia huiuſmodi Pontificis recedere, Iacoba.lib. de concil.tit.de impreſſ.elect.fol.255.col.prima, vbi poſſe concludit ratione,& autoritate.

Deciſio CCCXXVIII.

Vtrum Cardinalibus credendum ſit aſſerẽtibus per metum electionem factam fuiſſe? Aegid.in c.vbi periculum,Bald.in rub.C.ſi quis aliquem teſt. pro.& in c.licet de elect.vbi dicunt quod non. Idem Iacoba.eo loci, fol.256. col.2.& fol.252.col.1.in verſi.ſed quid.

Deciſio CCCXXIX.

Quid ſi Cardinales hæreticum elegiſſent,aut per impreſsionem, credentes integram eſſe electionem,omneſq; vel ſaltem duæ illorum partes eum recepiſſent,eiq; per annum paruiſſent tanquam vero Pontifici? Poſtea vero cum ad ſe rediiſſent,electionem nullam eſſe reperiatur, & hi conſtituant ab eo velle recedere,& alium Pontificem eligere, vtrum primus à Cardinalibus derelictus, an alter habendum ſit Pontifex ſummus, ac verus vniuerſa eccleſia? Aegid.in c.licet,ch.16.priorem dicit,quem ſequitur Iacoba.fol.257. tit.de impreſſ.elect.lit.A.col.1.verſi.Item alia quæſtio.

Deciſio CCCXXX.

Cardinalibus licet intruſum in Papatu maledicere,eumq; humano auxilio à Sede Apoſtolica expellere,Iacoba.lib.de concil.fol.147.col.1.lit.B.

Deciſio CCCXXXI.

Cardinales omnes eſſe debent concordes,quia tanquam Patres poſt Papam habent ſupplere vices,& defectus Pontificis,Iacobat. ſupra eo loci fol. 160.tit.quis congreget concilium,col.1.

Deciſio CCCXXXII.

Cardinales ſi non eſſent omnes concordes,cum ad eos congregare concilium pertineat,duæ verò partes ex eis, qui eſſent præſentes alios poſſunt conſtituere in mora,& ab eis congregabitur concilium per viam requiſitionis, monitionis, vel denunciationis, Iacoba. eo loci fol.161.col.prima,tit.quis congreget concilium.

Deciſio

Deciſio CCCXXXIII.

Cardinales conuocant concilium, ſiue ſint in diuiſa obedientia aſſumpti de nouo poſt cauſatum ſciſma, etiam inueteratum, ſiue fuerint in culpa per diſcordiam eligendo plures, dummodo poſtea conueniant, Iacobat. eo loci fol. 162. col. 2. lit. C.

Deciſio CCCXXXIIII.

Cardinalibus negligentibus, vel non volentibus, & aliis, ad quos fit deuolutio, ipſamet eccleſia ſeipſam congregabit, coadunata, ſibi ipſi autoritatem præbēs, quia in ea reſidet Pontificalis poteſtas, Iacobat. de concil. eo loci fol. 162.

Deciſio CCCXXXV.

Quando Papa, Cardinales, neque Imperator volunt congregare concilium, quid agendum copioſè tradidit, Iacob. eo loci libr. 3. artic. 1. fol. 166. & ſi neuter duorum contendentium de Papatu poſſidet, ad Cardinales pertinet conuocare concilium, Iacobat. abundè lib. 3. art. 7. fol. 171.

Deciſio CCCXXXVI.

Si Papa, & Cardinales de modo, vel loco congregandi contendunt, quid agendum, Iacobat. lib. 3. art. 12. eo loci fol. 188.

Deciſio CCCXXXVII.

Papa renuncians Papatui, negans poſtea ceſſiſſe, & Cardinales volunt alium eligere, quid in eo caſu agendum, decidit Iacob. lib. 3. de concil. art. 13. fol. 189. & lib. 9. art. 7. fol. 562.

Deciſio CCCXXXVIII.

An Cardinales legati de latere poſſint congregare concilium, ponit Iacobat. lib. 3. artic. 1. fol. 184. in verſic. vtrum, & ibidem an poſſit conuocare, & celebrare concilium prouinciale ſine licentia Papæ.

Deciſio CCCXXXIX.

Papa effecto furioſo, de mente, inutilis vel capto ab hoſtibus, Cardinales congregabunt concilium, Iacob. eo loci, lib. 4. fol. 204. & ibi etiā ponit ſi eſſet abſens, & non poſſet, vel nollet venire, Cardinales vtiq; adminiſtrare poſſunt, & quid poſtquam acceptaſſet Papatum fol. 217. abundè.

Deciſio CCCXL.

Da electione Papæ antequam claudatur conclaue, & de depoſitione Cardinalium eligentium per Simoniam, vide Iacobat. eo loci libro 4. artic. 10. folio 252.

Deciſio CCCXLI.

Papa in concilio depoſito, electio noui Pontificis pertinet ad Cardinales, Iacobat. eo loci, libro 6. articulo 6. folio 383. qui citat iura, & autoritates.

Deciſio CCCXLII.

Quærit Iacobat. eo loci lib. 3. art. 1. fol. 170. pone quod duo ſint in diſcordia

dia Papatus, & quilibet in poſſeſſione partis, & conueniunt cum Cardinalibus quilibet cum obedientia ſua in vnum locum, vt quid decreuerint de conuocando concilio exequatur, vtrum ſufficiat maior pars omnium ſimul iunctorum, an verò neceſſaria ſit maior pars vtriuſq; obedientiæ de per ſe, & decidit ſufficere maiorem partem omnium Cardinalium in vnum iunctorum adeſſe, ſicut erant prius, per tex. in c. 2. cum ibi notat. ex. de parocchi.

Deciſio CCCXLIII.

Papa, numquid ad depoſitionem Cardinalis teneatur conuocare concilium, vide Iacobat. eo loci fol. 387. artic. x. qui amplè loquitur.

Deciſio CCCXLIIII.

Si Cardinales ſciſmatici reſtituētur, an recuperent beneficia, dignitates, & bona in alios translata, & an etiam recuperent locum in collegio, & quid de fructibus perceptis in alios translatis, Iacobat. ſapientiſſimus d. libr. de concil. artic. 7. col. 2. ibiq; etiam an tales Cardinales ſic ex gratia reſtituti teneantur abiurare ſciſma, art. 3. fol. 447. atque de abiuratione nonnullorum Cardinalium tempore Leonis x. qui contra ipſum inſurrexerunt tradidit Alban. lib. de poteſt. Pap. num. 189. fol. 245. in libro meo.

Deciſio CCCXLV.

Cardinales in promotionibus patriarcharum vocantur: atque de eorum conſilio promouentur, ad not. in c. 1. ex. de ſciſma, Iacobat. ſupra lib. 1. art. 12. fol. 26. in 2. col.

Deciſio CCCXLVI.

Cauſæ cathedralium eccleſiarum ſolis Cardinalibus committuntur, Iacobat. eo loci fol. 26. & eiſdem non committuntur cauſæ beneficiales nō excedentes valorem ducatorum 600. d. lib. 1. fol. 26.

Deciſio CCCXLVII.

Cardinales præferuntur Patriarchis omnibus in concilio, Bernard. de Roſagio de poteſt. Card. quem citat Iacobat. in tract. de concil. libr. 1. art. 2. col. 3. lit. A. fol. 27.

Deciſio CCCXLVIII.

Cardinales ita ſunt inuiſcerati Papæ, quòd nullam mutationem faciunt ſine voluntate Pontificis, Iacobat. d. lib. 1. fol. 34. art. 12. lit. A.

Deciſio CCCXLIX.

Si locus in quo congregandum ſit concilium fuerit ſemel deputatus, poſtea ex aliqua cauſa Papa nollet accedere ad illum locum, forte quia timet impreſſionem, an poſſit prohibere Cardinales, ne accedant ad eum, & an tunc Cardinales debeant parere, Archid. in conſil. 65. dicit quòd Cardinales tenentur ire ad locum deputatum etiam cōtra prohibitionem Papæ, quem ſequitur Iacobat. lib. 4. artic. 1. fol. 182. col. 1. in verſic. quid autem ſi locus &c.

Deciſio

Deciſio CCCL.

Cardinales, duobus ſuper Papatu contendentibus, habent dirigere concilium, & præſentes contendentes de Papatu poſſunt vti inſignibus Papalibus, donec cauſa terminetur à concilio, Iacobat. eo loci, lib. 3. fol. 182. artic. 1. col. 1. in verſic. qui autem.

Deciſio CCCLI.

Si contingat, duobus diſceptantibus de Papatu, ambas electiones declarari nullas, an Cardinales alterum ex illis de nouo eligere poſſint, Alex. in c. conſideramus, in vlt. notab. extra de elect. dicit quòd non, quem etiam ſequitur Iacobat. ſupra eo loci fol. 183. col. 1. in verſic. & ſi contingat.

Deciſio CCCLII.

Quid agendum, quando contenditur inter Papam, & Cardinales, de modo, vel loco congregãdi concilium, ſicut fuit tempore Eugenii Papæ, ponit Iacobat. eo loci libro 3. tit. quis congreget concil. fol. 183. in verſic. ſed pone, col. 1.

Deciſio CCCLIII.

Papa ſine Cardinalibus, & conſenſu concilii, congregato concilio in vno loco, in alium locum ſine cauſa deputare non poteſt, etiam cum ſuper facto ſciſmatis eſſet incohatus proceſſus contra Papam, Iacobat. de concil. lib. 3. tit. quis congreget concil. fol. 183. in verſic. poſſent, col. 1.

Deciſio CCCLIIII.

Duo contendentes de Papatu, vterq; poſſidens, & vnus vult congregare concilium, & alius negat, tunc ſi Cardinales poſſent ſe inuicem vnire, congregabunt concilium ſine contendentibus, & de modo, ac ſi non omnes eſſent concordes, Iacobat. de concil. lib. 3. art. 1. fol. 176. in verſic. ſed nunc, col. 1. & fol. 179. in verſic. & adde etiam.

Deciſio CCCLV.

Diximus ſupra in caſu ſciſmatis à Cardinalibus conuocandum eſſe concilium, Alii dicunt ab Imperatore eſſe conuocandum, alii à Papa, quorum opiniones copioſè retulit Iacobat. tract. de concil. lib. 3. fol. 129. & 131. inquiẽs tandem Cardinalibus, cum non eſſent diuiſi in obedientia, & eſſent omnes concordes, ita quòd non eſſent ſeparati, electionem pertinere, fol. 138. & 139.

Deciſio CCCLVI.

Quæro, quid ſi Papa non exiſtente, vel nolente conuocare, contentio ſit inter Imperatorem, & Cardinales? tunc quid agendum congerit Iacobat. eo loci lib. 3. fol. 167. in verſic. ſed quia dictum eſt, col. 1. lit. D.

Deciſio CCCLVII.

Quid, cum duo electi ſunt, & recepti, & vna pars adhæret vni, & alterum dicit hæreticum, vel è contra, altera pars alterum dicit Papam, & alium ſciſmaticum, & ſic vterq; eſt in poſſeſſione partis ſuæ; tunc Cardinales per viam requi-

requiſitionis conuocabunt concilium, quod ſibi ipſi autoritatem præbeat, vt dicit Iacob.ex mente nonnullorum eo loci,lib.3.art.2.fol.153.in verſ.alius, & ſecundus.

Deciſio CCCLVIII.

Cardinales,conuocato concilio illuc cum uenerint, debent induci pluuialibus,planetis,& veſtibus ſacris,& cum mitriis albis,amplè Iacobat.eo loci de concil.lib.1.art.xi.fol.21.col.2.in lit.D.

Deciſio CCCLIX.

Poſt renunciationem duorum contendentium de Papatu quomodo fieri debeat electio à Cardinalibus, explicat Iacobat. eo loci lib. 9.in tit.de reſign.Papat.per procurat.art.9. fol.560.inquiens quòd ipſimet ante ſeſſionẽ habilitare poterunt,& dare voces in electione futuri Pontificis illis,qui prætendunt ſe Cardinales in aliis obedientiis, & illi cum proteſtatione poterũt admittere hanc habilitationem,& tunc eligitur alter ex contendentibus,vel alius tertius per vtrunque collegium Cardinalium,vt inquit Cardin.in c.licet, in verſic. quartus modus,de elect. vbi plus dicere refert, quòd ex quo vterq; habetur pro Papa vtrunque collegium habet ius in electione maximè,quia in electione Papæ non admittuntur exceptiones contra Cardinales ad excludendum eos ab electione, quæ admittuntur in aliis caſibus, vt in clement.ne Romani, & hoc ad ſedandum ſciſma,& vt celerius prouideatur de futuro Pontifice vero.

Deciſio CCCLX.

Papa exiſtente in vna ciuitate cum ſua curia, & facta per eum renunciatione Papatus per procuratorem in alia ciuitate,vbi nam Cardinales eligere debeant ſucceſſorem,explicat Iacobat.eo loci lib.nono, art.8.fol.562.

Deciſio CCCLXI.

Quid ſi Papa conſtituat procuratorem ad renunciandum,deinde ipſum reuocet, nec de reuocatione ipſum certificet,aut illos,cum quibus habet renunciare,deinde procurator renunciet,an valeat renunciatio,ita quòd Cardinales legitimè poſſint eligere,vide Iacobat.eo loci artic.6. optimè determinantem fol.560.& art.7.

Deciſio CCCLXII.

Quid ſi tempore ſciſmatis,vnus ex his,qui ſe gerit pro vero Pontifice in ſua obedientia priuet aliquem Cardinalem Abbatia,& alteri conferat,& cauſa deſuper committatur ad inſtantiã Cardinalis contra prouiſum in generali concilio,& poſtea concilium velit valida eſſe geſta omnia per ipſum Pontificem pro ſedando ſciſmate; Vtrum Cardinalis poterit recuperare Abbatiam,vide Dominic.in conſil.8.qui decidit quòd non.

Deciſio CCCLXIII.

Papa caput vniuerſalis Eccleſiæ,cum Cardinalibus,tanquã mẽbris maior

QQ eſt con-

eſt concilio,& ſupra illud Archiep.Florent.in ſumma in 3.parte,tit.28.cap.6. Cardin.de Turre Crem.lib.de eccleſia c.80.Ioan.And.c.ii qui de præb.in 6. Barbat.in clement.ne Romana de elect.in 6.Cardin. Alexandrin. in ſumma 15.diſtinct.par.7.vbi ex pluribus tenet Papam eſſe ſuperiorem concilio,Dominic.in c.ſicut.15.diſtinct.Ant.de Butri.in c.fraternitatis,in 1.notab. de hæretic.Idem Cardin.de Tur.Crem.in dicto c. ſicut, Dominic. in conſilio 44. Aretin. in c.qualiter, & quando, ex. de accuſat. Petrus de Mont.iu Monar. concil.quæſtio.penult.Milis in verbo Papa eſt maior; Archid. in dicto c. ſicut,Abbas in c.ſignificaſti,de elect.& in diſput.incip. Epiſcopus; Cardinal. Florent.in dicto c.ſignificaſti,& in c.licet,eod.tit. ibidem Io. And.Imo.But. id communiter tenent,omnes canon.poſt Hoſtienſ.in c.præpoſuit, de conceſ.pub.Qui dicunt quod ſi totus Clerus,Populus, Imperator, & vniuerſus orbis eſſent ſimul,nihil poſſent contra Papam,præterquam in cauſa fidei;in his enim, quæ concernunt punitionem criminum & reformationem, ſiue correctionem morum; quia in his Papa eſt maior concilio, & hanc deciſio. tenet ſanctus Thomas in 4.ſententiarum diſt,19.& in 4.lib. contra gẽt.c.76. & in tract.contra errores Græcorum in vlti,c,Alexand,de Aleſ.in 3.ſent.Gon diſ.de hæretic.in 7,quæſt,

Deciſio CCCLXIIII.

Quærit Iacobat.de concil.lib.4. titu.cur congreg.concil.artic.4.fol.256. quod ſi electus à duabus partibus minus canonicè,fuerit receptus à duabus partibus per violentiam, & impreſſionem, & tale vitium adhuc duret, vel Cardinalis ſuæ libertati dederit,& ſimul atque potuerunt,reclamauerint, & de prædictis appaceat euidenter, an ei poſſit per Chriſti fideles contradici, & an poſſit talis per Cardinales, & alios Laycos à Papatu repelli, & explicat quod ſic.

Deciſio CCCLXV.

Quæro ſi Papa poſt renunciationem, dum Cardinales procedunt ad alterius electionem,neget ſe ceſſiſſe,quid agendum,dicit Iacobat.eo loci,lib. 9.art.7.fol.560.lit.D.quod ſi ceſſio eſt notoria, nihil ei prodeſſet, nec faceret rem dubiam,citat Io.And.in c.1.de renunc.Si autem ceſſio non ſit notoria,inquit Io.And.in d.c.primo,non eſſe veriſimile quod Deus permittat talem caſum euenire, qui ſi contingeret, iudicium eſſe concilii,& illud congregandum eſſet per Clerum,& populum Romanum,quem refert, & ſequitur Iacobat.ſupra d.fol.560.in fine quæſt.d.lit.D.

Deciſio CCCLXVI.

Imperator ſalutatus à Cardinali in totum aſſurgit,qui alias ſalutatus etiam ab illuſtribus parum ſurgit, vt not. Aug.in l.1. ff.de off.eius cui,vbi refert de Carolo III. Imperatore viſitato à Cardinali,qui in totum aſſurgebat ſummopere honorans Cardinalem,ſic explicat Reſta.de Imperatore q.lxv.

Deciſio

Deciſio CCCLXVII.

Quid ſi ritè atque vti decet à duabus partibus electus, cætera per vim fuerit adeptus, ſicuti poſſesſionem (vt dicunt) Papatus, vel Cardinales ad ſe recipiendum, ſibiq; obediendum dolo malo compulerit, cum ipſi mutata ſententia inimico ſpiritu acti, à vera electione recederet, an ex huiuſmodi facto ius per veram electionem acquiſitum perdiderit. Eiq; parere eccleſia debeat, Aegid. in c. licet, ibidem hoc negat, ſequitur Iacobat. fol. 257. col. 2. lit. D.

Deciſio CCCLXVIII.

In concilio Cardinales Aquilien. Bituricen. Granden. Canthaurien. Patriarchis præferuntur ſecundum conſuetudinem. c. conqueſtus, & c. nunc vero. 9. q. 3. c. erubeſcant. 32. diſtinct. Archi. in d. c. fi. 22. diſt. doctores in c. conſtitutus de appella. in princ. & in c. cleros. 21. diſtinct. & 90. diſt. c. 2. in gloſ. Iacobat. de concil. lib. 1. art. 12. tit. de ordine ſeden. in concil. col. 1. lit. B. fol. 23.

Deciſio CCCLXIX.

Primas in concil. tenent Cardinales Epiſcopi, tum Presbyteri, poſtremò Diaconi. c. oportebat, diſtinct. 79. c. ſi quis ex Epiſcopis. 12. q. 2. c. cum redemptor, Iacobat. de concil. fol. 23. & tribus ſequen.

Deciſio CCCLXX.

In obitu Cardinalium niſi habeant hæredes, aut eccleſiam, Camera Apoſtolica funus curare debet, Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 34. col. 1.

Deciſio CCCLXXI.

Si Cardinales dum Pontifici aſſident, delinquant grauius peccant, ideo etiam magis puniendi. Adæ enim grauius tanto fuit admiſſum, quanto Deo immortali ipſe erat proximior, Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 40. col. 1. lit. A. vbi plura congerit de Card. ſtatu perfectione, & gradu.

Deciſio CCCLXXII.

Cardinalium omnis autoritas à Pontifice pendet, Iacobat. de concil. lib. 1. fol. 40. col. 2.

Deciſio CCCLXXIII.

Cardinales ſine inſignibus creati nihil re ipſa habent propter Eugenii diploma, Iacobat. ibidem fol. 77. col. 1. lit. A.

Deciſio CCCLXXIIII.

Cardinales Pontificis collaterales appellantur, cumq; eo concilii caput exiſtunt, neque priuatum aliud habent collegium, Iacob. lib. 1. fol. 75. col. 1.

Deciſio CCCLXXV.

Cardinales etiam non Epiſcopi dicuntur eſſe maioribus Presbyteris propter excellentem dignitatem, Iacobat. de concil. fol. 79. tit. de concil. lit. B.

Deciſio CCCLXXVI.

Cardinales Epiſcopi in cauſis quæ ad electionem Pontificis pertinent

ipſi ſunt iudices, Iacobat.fol.126.col.1.lit. A. Cardinales Epiſcopi ſine dubio ſuffragium obtinent ſinguli in concilio ſaltem ea ratione, quá Epiſcopi ſunt Iacobat.fol.126.tit.de vocand.ad concil.lit.A.

Deciſio CCCLXXVII.

Cardinales in eligendo Pontifice in locum vniuerſæ eccleſiæ ſuccedunt Iacobat.fol.456.tit.de capitu.concla.col.2.

Deciſio CCCLXXVIII.

Cardinales, qui Romæ degunt ſtellis comparantur, legati autem à latere ſideribus errantibus: Iacobat.de concil.fol.395.col.2.lit.C.

Deciſio CCCLXXIX.

Cardinales cogi poſſunt vt eligant Pontificem, ſed obliquè iſtud agendum eſt, ſi quidem directè cogi non poſſunt, ſed vt concordiam amplectantur eligendo eum, quem populus flagitat. Iacobat.de concil. fol.250. tit. de impreſs.elect.lib.4.col.1.in fi. vbi videas etiam ſi nullo modo ad cócordiam redigi poſſint ad quem electio tranſeat.

Deciſio CCCLXXX.

Cardinales, an Pontifex ſit hæreticus cognoſcere non poſſunt, ſed cauſa ad concilium deferenda, Iacob.tit. de Pap.inutil.lib.4.fol.210.col.1.lit.B.

Deciſio CCCLXXXI.

Cardinales in partem ſollicitudinis vocantur, ideo conciliis intereſſe debent, et arduis Papæ negociis cumq; eo vniuerſam eccleſiam adminiſtrare veluti enim membra in vno corpore, officiorum participes ſunt, Hoſtien.& Ioan. And.c.per venerabilem, extra.qui fil.ſunt legit. Card. in c.licet. pag. vo de elect.Iacob.de concil.lib.1.fol.34.col.1.lit.B.in fi.

Deciſio CCCLXXXII.

Si nullus ex Cardinalibus ſupereſſet, electio pertinet ad Clerum Romanum, vel ad Canonicos Lateranenſ.D. Anton.in 3.par.ſumm.tit.22.c.2.§.4.Iacobat.lib.1.fol.44.lit.D.in fin. Auguſt.de Anc.de poteſtate Pap.q.4. dicit ad Clerum Romanum pertinere, alii putant commune concilium eſſe conuocandumq; à Romano Clero, afferentes diſtinct. 63. c. ſi forte, Aegid.autem in c.licet de elect.aliter ſentit atque diſtinguit, Iacob. ſequitur Hoſt.in.c.licet fol.44.col.2.quem ſequitur Butrius, etiam Card.& Abb.in d.c.licet, Bald.in l.non ambigitur, ꝺ legi. ait mortuis electoribus autoritatem huiuſcemodi eſſe vniuerſæ eccleſiæ. Hoc eſt concilii, cum eius teneat locum, Alexandri.in c.in nomine domini.23.diſtin.& Bald.in l. vbi abſunt.C.de cura.da.ab.dicunt electionem tranſire hoc caſu ad Patriarchas quod Iacobat. refellit folio 45. col.1.lit.A.

Deciſio CCCLXXXIII.

Cardinales, qui in Romana aula degẽtes Põtifici aſſiſtunt digniores eſſe, quam qui alio viuunt ſic Bald. placet in rub. de off. pro cóſ.& legi per legem

99 primam

primam. c. de præpo. libro.xii. in illis verbis, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat,& Iacobat.aſſerit Cardinales, qui per quinquennium abſuerunt priuari poſſe,fol.48.lib.1.lit.D.col.2.

Deciſio CCCLXXXIIII.

Cardinales deliberatiua, deciſiua, aut definitiua voce ad concilium vocandi ſunt, Iacobat. docte in tract.de concil.tit.de vocand.ad concil.libr.2. fol.79.col.1.lit.A.

Deciſio CCCLXXXV.

Cardinales ſede vacua in conclaui diſſentientes inter ſe conuocare concilium poſſunt, Iacobat.ibidem fol.139.lit.B. col. 2. vbi ait pronunciatū hoc non procedere, quum maior pars ad electionem parata eſt, tunc enim nec poſſunt,nec debent concordes,iure ſuo priuari, explicat etiā eo loci Iacob. poſſe cogi alteram partem brachio, vt ipſe inquit ſeculari,not.diſtinct.17.c. nec licuit,Hoſt.in c.licet,col.penult.de elect.

Deciſio CCCLXXXVI.

Collegium Cardinalescreare non poteſt,Iacob.de concil,lib.6.art.7.tit. an concil.creat Car.1.q.col.1.lit.A. vbi etiam videas conciliū propter impendentē neceſsitatem vnum,aut duos Cardin. eligere poſſe,niſi aliter geri res poſsit,fol.375.&376.

Deciſio CCCLXXXVII.

Si Pontifex dignitate propter hæreſim à concilio priuatus fuerit, electio pertinet ad Card.Petrus Card.Cam.de poteſtate eccleſ.art. 12. ita tamē hoc intelligitur,vt concilium cum Cardin.conſenſiat, ne odia, & ſimultates naſcantur,ſequitur Iacobat.fol.383.lib.6.tit.an concil.Cardin.art.9.q.1.col.1.lit. C.Abb.in c.ad petitionem de accuſa.& Aret.

Deciſio CCCLXXXVIII.

Cardinales à Pontifice electi dum concilium haberetur,quæri ſolet,an verè ſint Cardinales,& an admitti in conclaui debeant,Iacob.de concil.artic.1. tit.de ſciſm.fol. 442.& 443. quod ſi concilium contra Pontificem coactum eſſet, vel propter hæreſim, vel aliud grauius malum eo caſu non eſſe electi ab eo veri Cardinales,quòd ſi ob aliam cauſam habeatur concilium, neque contra Pontificem veros eſſe Cardinales, non enim tunc temporis Pontifex ſubiacet concilio,ſed potius ab eo omnis autoritas concilium accipit.

Deciſio CCCLXXXIX.

Cardinales,quos Pontifex declarauit ſciſmaticos in conclaui admittendi non ſunt,Iacob.lib.7. tit. de ſciſ.fol.435.col.1.lit.D. & concil.per Cardinales huiuſmodi coactum concilium non eſt,ibidem fol.434.col.1.lit.A.vbi etiam an Cardinales à iuſſu Pontificis recedere poſsint metu vinculorum, aut carceris,fol.415.lib.de concil.art.1.

Deciſio

Deciſio cccxc.

Cardinales ſciſmatici declarati ſi mortuo Pōtifice ſe excuſent quòd iniuſtè odio principum, ignominia illa affecti ſint, concilii iudicium eſt, Iacobi ibidem fol.435.

Deciſio cccxci.

An à Pontifice ad Cardinales concedatur appellatio? Iacobat.lib.10.tit. an appel. à concil..colum.1. lit. A. vbi non permitti ait, atque accuſat Bart. in l.vbi abſunt.ff.de tut.& cura.eumq; refellit, quòd ſi inquit etiam ſede vacante appellatum eſſet, tamen huiuſmodi appellatio ad Cardinal. conuerteretur.

Deciſio cccxcii.

Cardinales ſi ante metus illatiōnē decreuerint ſe Italicū nolle eligere, poſtea etiam formidine compulſi Italicum eligunt eo animo, vt electus verus ſit Pontifex, quòd quidem facturi non fuiſſent metū ſublato, nunquid huiuſcemodi electio ipſo iure nulla ſit? Iacobat.ibidem fol.254.lib.4.col.1. lit.B. putat electionem irritam eſſe per tex.in c.quiſquis de elect.nam hoc caſu inquit concilium cogendum eſſe propter maximam cauſam.

FINIS.